De notariis cõpellendis dare copiã actorum. Rub.XVI.

ORdinamus q notarii causarum teneatur dare copiã eorum,quæ in iudicio producũtur/post decretam copiam parti petenti. Ita tamẽ q pars requirat a notario dictã copiam post tempus decretæ copiæ & ante diem termini superuenientis/satisfaciendo eidem de solutione cõpetenti,quibus requisitione/solutione/uel eius oblatione sic factis,notarius sibi copiam non tradens/cadat in penam .xl. solidorum curiæ illius iudici applicandorum/saluo iusto impedimento per iuramentũ notarii comprobando,& si alius terminus competens assignetur,in quo si non fuerit exhibita condemnetur notarius in centũ solidis applicandis utsupra/& pœnæ in contumacem aggrauentur. ¶Si uero pars in petenda copia/supradicta non obseruauerit, tũc ulterius nulla alia sibi detur dilatio ad dictam copiam habendum. ¶Vbi aũt notarius requisitus/copiã parauerit teneatur pars notario cõgruã solutionẽ impẽdere,siue illã copiã accepit siue nõ.

De notariis acta propinquorum scribere non debentibus nec ad patrocinia causarum admittendis. Rub.XVII.

CVm iudicia æqua lance omni suspitione remota quoad fieri potest debeant uentilari hac luculenta sanctione. Decernimus q nullus notarius ad scribendũ assumptus in causis quibuscunque in iudicio uentilandis/possit aduocationis, uel procurariæ officium assummere uel exercere. ¶Nec debeat/

aut possit talis notarius scribere/aut ad scribendū admitti in cau sis agnatorum/cognatorum/uel affinium suorum usq; ad quartū gradū/& si procurator uel aduocatus in causa fuerit pater, filius, frater, gener, socer, uel priuignus, aut nepos ipsius notarii, uel ecō uerso, talis notarius similiter in causis in quibus talis extiterit pro curator, uel aduocatus ad scribendum nullatenus admittatur. ℣ Et notarius qui contrafecerit in aliquo prædictorum incidit in pœnam mediæ marchæ, cuius medietas curię loci, alia medietas parti cui non attinet notarius applicet. Et nihilominus scribere non ualeat.

Quod occupatione notariorum/non possint lites partium retardari &c. Rubrica. XVIII.

CVm tabellionum officium non ad retardandum sed ad auctorizandum iudiciorum processus fuerit institutum. Statuimus q; si notarius aliquis ad scribendum acta iu/ dicii uel testes examinandum/aut alia iudicialia faciendū depu/ tatus ex nimia sua rerum apprehensione/aut ob diuersorum ne/ gociorum occupationem defecerit/ uel se excusare uoluerit/ aut denegare uoluerit in cōgruo spacio per iudicem assignato testes examinare, & cum debita solutione exhibere parti uel partibus, quarum interest copias instrumentorum/aut scripturarum, qua/ rumcunq; iudicialium uel extra iudicialium/ per quas copias nō traditas lites/aut negocia contingat modo aliquo retardari. ℣ Idem notarius condemnetur & teneatur parti, propterea retar/ datæ in media marcha solidorum. ℣ Si uero ex proposito/uolun/ tate/ uel studio/ quæ supradicta sunt non expediuerit, tunc ultra dictam pœnam parti assignandam mulctetur in alia media mar cha solidorum curię illius loci applicanda ℣ & ulterius contuma/ ces pœnis grauioribus affligantur arbitrio iudicantis.

De ordine seruando per notarios in celebratione contractuū/& quaternis eoꝝ. Rubrica. XIX.

DIligentiam & notariorum fidem ob utilitatem publicam suscitare cupiētes renouando statuimus, q; aliquis nota/

rius contractum aliquem uenditionis, emptionis, locationis, per/ mutationis, tranſactionis, donationis, ceſſionis, pactoꝝ dotalium teſtamentorum, codicillorum, aut alicuius alterius generis inter uiuos uel ultimæ uoluntatis rogationem non pronunciet/uel ſti/ puletur/ſiue comprehendat orectenus, ſed formã teſtamenti/ con tractus/& cuiuſcunq; rogationis/uel ſaltem ſubſtantialia prius in ſcriptis in libris ſuarum abbreuiaturaꝝ & nõ in cedulis redigat & conſcribat, & poſtea ex ſcripto pronunciet/publicet atq; legat. & poſtea quiſq; notarius teneatur in ſuo ordinato libro protho/ colli redigere/& extendere omnem rogationem ſibi factam cum omnibus requiſitis ſubſtantiis cõſuetis infra unum menſem a die factæ rogationis, quo menſe elapſo negligens pro qualibet roga tione in una marcha ſolidorum cõdemnetur curię, cui ſubeſt ap/ plicanda ad/cuius pœnæ ſolutionẽ ipſius hęredes etiam teneãtur.

¶ Ordinamus inſuper ꝙ quilibet notarius etiã debeat notas ſuas/ ſiue abbreuiaturas ſcribere in quaterno ad dictas abbreuiaturas ſcribendas apto/& ligato/ſaltem continente quadraginta cartas.

¶ Si quis uero confecerit teſtamenta/contractus/ uel quamcunq; aliam rogationem in cedulis ſcribendo ſeu cartis non compagi/ natis/uel compaginatis numero minori quadraginta cartarum/ cadat ſingula uice in pœnam unius marchæ applicãdæ dominio ſub quo ille reſidet, & ſi poſtea exhibeat in iudicio notã / in qua/ terno non ſcriptam, ut præmittitur/adhuc cadat in pœnam me/ diã marchæ applicandam iuriſditioni coram qua producetur.

¶ Teneatur etiam notarius dictis abbreuiaturis ſignum ſuũ præ/ ponere, & nomen ſuum atteſtando qualiter ille eſt quaternus ſua rum abbreuiaturarum, & ſimiliter in notis ſuis in quibus per ex/ tenſe ſcribere debet rogationes ſibi iniunctas/ rogationi cuilibet nomen ſuum ſubſcribendo.

De uerbis redargutoriis contra ſententiantes non di/ cendis. Rubrica. XX.

De allegationibus bina vice et presentandis rub. 68.

De poenis litigantibus et iurisdictis in allegationibus se honeste habere debentibus rub. 7.

PErpetua ordinatiõe ſtatuimus, quod nullus aduocatus/ uel procurator / nec aliquis principaliter litigans in iudicio audeat aliqua uerba reprehẽſibilia/uel redargutoria dicere/

uel proferre contra illos qui sententiant, ymo statim cum inceptum est sententiari / patroni & litigantes debeant quieto animo silere & sententias audire/nec illas uerbo uel facto impedire, sed permittere iudicantem suam intentionē exprimere. ¶Si quis uero ex patronis uel litigantibus contrafecerit cadat in pœnam.xl.solidorum curiæ illius loci applicandorum/ in quam pœnam incidens non audiatur donec ipsam non persoluerit.

De uerbis iniuriosis in iudicio dictis. Rubrica.XXI.

STatuimus ꝙ si aliquis in iudicio protulerit uerba iniuriosa contra aliquē cuiuscunq; conditionis existat puniatur pœna unius marchæ solidorum curiæ illius iudicii applicandæ, & nihilominus teneatur premissa taxatione per iudicē parti ad extimationem iniuriæ. ¶si autem contra officialem uerba iniuriosa prolata fuerint per quemcunq;/puniatur in uigintinquinq; libris applicandis officiali iniuriā passo. Et si realiter de factis ei fuerit illata iniuria atrocius puniatur / & ad extimationem iniuriæ nihilominus teneatur.

De pœnis notarioꝝ recusantiū dare instrumēta. Rub.XXII.

NE difficultate notarioꝝ in exhibitione instrumentorum partibus facienda dilatetur aut pereat ius earum/statuimus quod notarii habentes instrumenta alicuius partiū ad requisitionē partis requirentis teneantur parti petenti sibi exhibere instrumenta necessaria infra tres dies sub pœna.xl.solidorum. Quod si infra dictum terminū non dederint mandetur sibi quatenus infra alios tres dies & minus arbitrio iudicis debeāt sibi dedisse dicta instrumenta sub pœna mediæ marchæ, & si nō dederint assignet' sibi alius terminus sub pœna unius marchæ, quod debeāt dedisse infra alios tres dies/habita semper iusta solutione/ & prædictæ pœnæ curiæ applicentur, & perseuerans in cōtumacia maioribus pœnis iudicantis arbitrio condamnetur, prouidendo tamen super prædictis ꝙ alteri parti facultas habendæ copiæ minime subtrahatur.

De negatibus acta curie rub. 47.

De probationibus et acta in iudicio in rub. 47. fol. 16.

De negatibus acta in iud. ut notantibus illa [illegible] rub. 50.

Quod acta iudicii etiã sine testibus fidẽ faciãt. Rub. XXIII.

COnstituimus & ordinamus quod quandocunq; per notarium causæ acta iudicii fuerint cõscripta/ siue per iudicẽ/ siue per partes / siue etiam apparente aliqua contumacia gesta fuerint/tunc talibus gestis/aut pronunciatis etiam nullis testibus adhibitis qui in talibus actis per notarios scribi nõ debeãt plenaria fides adhibeat exceptis sententiis interlocutoriis a quibus secundũ constitutiones & iura ciuilia potest appellari/& exceptis sententiis diffinitiuis quæ adhibitis testibus conscribi debeant omnino.

Quando citationes et eius relationes fieri possunt etc. Rub. 25 et c. iiij

De modo citandi communitates Rub. 26

De citationibus in causa exfortij Rub. 58.

De ordine iudicij in causa exfortij ubi relevator notat Rub. 60 [illegible] 58. 59. 62. 63.

De relationibus per preconem faciendis Rub. c. iiij

De probationibus et relationibus in rub. 47

De preconibus in suo officio fraudem committentibus rub. 105.

De preconibus et cabballarijs differt. n. inter preconem et cabballarium rub. 160.

Si debitum petitum coram dño locumtenente sit infra 250 libras

Coram vero alijs iudicibus sit infra libras 26

De citatiõibus & q̃liter cõtra cõtumaces ꝓcedat. Rub. XXIIII.

aut querimonias deponere etc.

EQuitatem iusticiæ obseruantes/& contumaciã inobedientiũ punientes. Statuimus ꝙ siquis agere uoluerit/aut quærimoniã deponere, cõtra aliquẽ habitantem in iurisditione patriæ Foriiulii super aliquibus obligationibus alicuius debiti, aut ꝑsonalibus uel aliis/aut actionibus realibus/citari faciat partem contra quã agere uoluerit cum libello seu cedula continente petitionem agentis/seu quantitatẽ/uel rem per signa aliqua quã quis petere intendit/& ei mãdari ꝙ per se comparere debeat/aut legitime per procuratorẽ idoneũ ad certam diem/horam/& locũ sub pœna.xx.solidoꝝ in primo termino, in quo si non comparuerit citetur similiter secundo ꝙ compareat determinato tempore sub pœna.x/denarioꝝ, in quo secundo si comparuerit antequam audiatur soluere debeat.xx.solidos curiæ cõsuetæ/ & reficere expensas parti per iudiciũ illico taxandas.& si secundo citatus non comparuerit citetur tertio per similem modũ sub maiori pœna, & ad negandum uel confitendum. In quo tertio termino si comparuerit non audiatur/nisi solutis omnibus pœnis dictæ curiæ & refectis omnibus expensis parti, quas si illico non soluerit/uel super eis in concordio non fuerit/contumax reputetur. Et si in tertio termino in contumacia perseuerauerit/tunc si debitum petitũ uel res quę petitur coram dño locumtenente sit infra extimationem.l.libraꝝ/& corã aliis iudicibus sit infra summã.xxvi.libraꝝ/

obligatio mater est actionis insti. de ac. in pnci. et ff. de procu. l. licet. §. en obligatio

Nemo sine actione exp. l. quotiens §. item si temporali ff. de admini. tu. etc.

Nota. Coram dño locumtenente sit 250 &
Coram alijs infra 26
Ex ipsa constitutione cognoscitur quod est in optione actoris agitatur in prima instantia coram dño locumtenente etc.

talis cõtumax habeatur pro cõuicto & cõfesso/iurante tamẽ prius parte principali legitimę agẽte/se iustę habere debere id quod petitũ est/seu rem petitã ad se spectare ex legitima causa. ¶Supra aũt q̃titatẽ uel extimationẽ prædictam cõtumax nõ intelligatur cõuictus/nisi prius facta fide de eo quod petitũ est per publica instrumenta/uel testes/uel alias ꝓbationes legitimas, quã fidẽ si ibidem facere nõ posset de eo quod petitũ est/illam facere ualeat q̃ñcũq; tpe tamẽ debito, ita & taliter ꝙ ẽt lite uere nõ cõtestata fieri possint quæcũq; probationes cõtra cõtumacem; postea tamẽ ad illas adhuc legitime citatũ secundũ formã iuris. ¶Et si interim pars cõuenta cõpareret admittatur ad proponẽdũ defensiones legitimas expensis/& guadiis primo integraliter persolutis. Et ex tali cõparitione nõ reuocetur aliquis processus factus cõtra contumacẽ, qui in hoc quo ad modũ ꝓcedendi ualidus censeat̃. ¶Et prędictę citationes legitime reputent̃, si in aliqua eaꝝ cõuentus, fuerit personaliter repertus & citatus/sibi uel ad eius domũ cedula dimissa uel eo sciẽte ad domũ alicuius sui uicini. ¶Si uero in primis duobus terminis nõ fuerit personaliter citatus/ nec in tertio termino possit personaliter citari, eo quia nõ reperitur ad domũ suæ solitę habitatiõis, tũc pro illa tertia uice citari debeat per publicũ proclama ante domũ suæ habitationis & sup platea loci/data uel dimissa ibi cedula/ut ad certũ locũ & certã diem cõparere debeat post decẽ dies cõputãdos a die dictę citatiõis exclusiue. ¶Et si in aliqua ex primis duabus citatiõibus fuerit ꝑsonalr̃ citatus, tũc in tertia citatione possit actor facere reũ citari ad terminũ quẽ uoluerit sine aliqua ꝓclamatione/ibidẽ tñ ut supra cedula dimissa. ¶Factis uero supradictis tribus citationibus/& terminis assignatis prętetitis/possit si uoluerit & ualeat actor ꝓcedere queẽadmodũ si foret lis cõtestata/uidelicet ut ad quẽcũq; actum iudicii ꝓcedere uoluerit faciat reũ semel citari ꝑsonaliter/uel ad domũ ad expeditionẽ talis actus/uel per proclama publicum si habitationẽ non habet. ¶Et talis actus expeditus in eius contumaciã eundẽ effectum habeat quẽ haberet si præsente illo qui contumax fuit/factus foret, & ꝙ talis cõtumax in respõdendo positionibus habeatur pro confesso si in contumacia persisterit usq; ad sententiã. & si aliquo tpe talis in tanta proteruitate cõtumaciæ perseuerãs cõparuerit ante

ſententiã/nunq̃ audiri debeat/niſi primo ſolutis guadiis & oĩbus expenſis per ſacramentũ partis taxandis a iudice/proceſſu tamẽ cauſæ effectũ quo ad ordinẽ habente, ut ſuperius eſt expreſſum. ¶ Aut ſi parti agẽti poſt dictas tres citationes uidebitur expedire eligere poſſit uiã iuris cõis cõtra cõtumacẽ/ ut uidelicet ĩ actione reali petere poſſit ſe poni in poſſeſſionẽ rei petitæ. ¶ Et ſi talis contumax infra annũ uenerit ad iudiciũ, & iudicio ſiſti ſufficientem & ydoneã prẽſtiterit cautionẽ/ac guadiaꝝ & expenſaꝝ integram ſatiſfactionẽ fecerit poſſeſſionẽ recuperet. Et ſi infra annũ a die factæ dictæ miſſionis præmiſſa nõ adimpleuerit/ actor tranſacto anno uerus poſſeſſor conſtituatur, ſuper proprietate dũtaxat ad/ uerſæ parti contumaci defenſione legitima reſeruata. ¶ Si autem actione perſonali agatur mitti poſſit pars agẽs ſi uoluerit in poſ/ ſeſſionem bonoꝝ mobiliũ contumacis/uel ĩmobiliũ ſi forte mobi lia nõ habeat pro modo debiti per ſacramentũ agentis declarati/ & uſq; ad ſummã expenſaꝝ factaꝝ ¶ quã miſſionem pars quãdo/ cunq; ante diffinitiuã ſententiã ſuper inde latã recuperare poſſit/ ſolutis integris expenſis & guadiis , & de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo ſufficienti/ & ydonea cautione præſtita. ¶ Ita tamẽ q; la pſo anno cũ agitur perſonali cõtra cõtumacẽ per iudicem decla/ rari poſſit, agentẽ poſſe fructus lucrari quouſq; dicta miſſio fue/ rit legitime reuocata. ¶ In præmiſſis tamen ubi actor fructus non lucratur miſſus in poſſeſſionẽ ſiue in reali ante annũ/ſiue in perſo nali.debeat actor quandocũq; durante cõtumacia habere rei cu/ ſtodiã & fructus colligere/& eos conſeruare/uel diſtrahere/prout iudicio uidebitur, ut tedio affectus reus ueniat reſpõſurus, in qui bus fructibus obſeruetur/prout a iure cõmuni diſpoſitũ eſt, ut ui delicet percepti poſt annũ in reali ſint actoris/ & in pſonali ſimi/ liter poſt declarationẽ iudicii ob nimiã abſentis contumaciã. ¶ Et poſſit etiã habere locũ miſſio in poſſeſſionẽ contra contumacem ſecundũ formã iuris eõmunis ſi peteretur cautio damni infecti, uel de præſtandis debitis, uel legatis/uel fideicõmiſſis cõditionali bus/ uel in diem certum futurũ debitis, uel ſi ageretur aliquo in/ terdicto/ uel remedio ad poſſeſſionẽ recuperandam, uel interdi/ ctis in rem ſcriptis, uel actionibus mixtis ageretur. ¶ Et ſi materia cauſæ de qua agitur eſſet talis naturæ in qua contra cõtumacem

per missionē in possessionem secundū ius commune nō esset sub
uentū actori, tunc cōtra cōtumacē ad diffinitiuā sententiā ualeat
peruenīri/ut superius est expressum/uel ad alia remedia iuris cō/
munis, put utilius actori uidebitur, ita q̄ sit in agentis arbitrio cō
tra cōtumacē & nō uolentes parere iudicio, cōtra quos rigor ob/
seruandus est/uel uti beneficio istius cōstitutionis ubi aliter dispo
nit/q̄ a iure cōmuni sit ꝓuisum, uel iuris cōmunis remediis uti cō
tra dictos cōtumaces. Cum aūt aliquis nō habitās in iurisdictione
patriæ ad petitionē alicuius cōtra eū querimoniā exponere uolen
tis citari petatur/siue sit uagabūdus/siue etiā notū sit ubi moretur
p̄dictus/tunc talis absens in platea loci ubi iudiciū reditur, & etiā
ante domū suæ solitæ habitationis, si qua est/alta uoce p̄conia ci/
tetur cū cedula tribus uicibus/& pro qualibet citatiōe, & uice ha
beat spaciū. xv. dierū cōtinuorū ut ueniat legitime & peremptorie
ad iudiciū respōsurus cōqueri uolenti/& q̄ citatio secunda fieri
nō possit/nisi primo termino. xv. dierum elapso/& si dies termini
esset feriata sequens nō feriata pro termino habeat ut supra. Et
supradictarū citationū forma in primis citationibus faciēdis ob/
seruetur. Si uero post p̄dictas citationes citetur quis ad ꝓcedendū
in causa, tunc sufficiat unica citatio tantū personaliter sibi/uel ad
domū facta infra terminū cōpetētē arbitrio iudicis in qua cedula
exprimatur ad quē actum singulariter ad procedendū debeat in
causa uenire, quo casu simplex p̄ceptū iudicis alicuius p̄senti fa
ctum sine cedula sufficiat, nō aūt sufficiat simplex mandatū iudi
cis alicui p̄senti factum pro prima citatiōe/sed fieri debeat per
cedulā/ut superius continetur. Relationes aūt citationū & p̄se/
sentationū litterarū & cedularū possint & ualeant precones in iudi
cio/& extra/partibus p̄sentibus/& absentibus facere notariis cau
sarum, quas relationes notarii teneantur in actis causæ scribere,
& eorū scripturis/sicut & ipsis preconibus qui p̄sentauerūt & ci
tauerūt adhibeatur in iudicio plena fides. A p̄missis aūt excī/
piuntur obligationes/seu debita de quibus quis se uocauerit con/
uictum secundū morē patriæ, & cōtractus ueri depositi, & cæterę
omnes causæ paupērū & miserabiliū personarū, & aliæ in quibus
potest ꝓcedi summarie/seu breuiter & de plano sine strepitu & fi
gura iudicii. In quibus procedatur & procedi possit/etiā secūdū

formam constitutionũ super illis æditarum, si & prout utilius ui/ debitur actori. Declarantes q; si causæ motæ erũt ualoris unius marchæ/ uel abinde infra de quo ualore stetur declarationi iudi/ cii, q; tunc ualeant & fieri citationes per solum nuntium absq; ce/ dula aliqua.

Quando citationes / & relationes earum fieri pos/ sint/&c. Rubrica .XXV.

STatuimus q; singulis diebus & in quibuscunq; feriis possint fieri cõmissiones citationum & relationes earũ pro diebus iu ridicis/exceptis infrascriptis feriis/uidelicet in die natiuita/ tis domini nostri Iesu Christi, ac die præcedenti cũ duobus die/ bus sequentibus. In festo resurrectionis eiusdem cũ duobus die/ bus præcedentibus/& duobus diebus sequentibus. In assumptiõe beatæ Marię uirginis/& in festo corporis Christi, Ascensionis do mini. Sancti Marci euangelistæ. Sancti Ioãnis Baptistę. Penthe/ costes cum duobus diebus sequentibus. Et intelligantur habere, officiales publici commissionem citandi eo ipso q; referunt se de commissione iudicis aliquem/seu aliquos citasse ad aliquos actus iudicii.

De modo citandi cõmunitates. Rub.XXVI.

INcitandis cõmunitatibus/uniuersitatibus/seu collegiis fiant cedulę modo cõtento in supiori cõstitutione, & sufficiat prę/ sentari cedulam decano uillæ/aut officiali maiori, & etiã pu blica proclamatio fiat per nuntiũ cedulæ in platea terræ/seu loci cuius cõmunitas citatur/& si dies termini citationum supradicta rum inciderit in diem feriatam sequens non feriata & iuridica, q; seruabitur audientia causar̃/habeatur pro dicto termino & pro/ cedi possit. Et prædicta citatio sic modis prædictis facta repute tur legitima/& sufficiens in omnibus quibuscũq; casibus/in qui/ bus aliquis habitator dominii & districtus sui esset citandus/qui bus citationibus sic præmissis & factis reputentur sic citati nõ cõ parentes contumaces/& possit procedi contra eos tanq; contra cõ

nota

tumaces constitutionibus/& consuetudinibus aliquibus in cõtra/rium æditis uel obseruatis non obstantibus.

De cautione præstanda per forenses. Rub.XXVII.

ORdinamus q̃ quilibet forensis / uel non habitator in iu/risdictione patriæ Foriiulii teneatur facere securitatem de expensis reficiendis & restituendis reo, uel dare pi/gnus, uel eo iurante se non posse ydoneę cauere ut supra/tunc de præmissis iuratoriam cautionem præstare debeat si succubuerit in causa/aut si instantia causæ perierit, alias forensis agere uolens nullatenus audiatur.

De simul producendis procuratoriis/ substitutionibus / tutelis & aliis generibus mandatorum/& copia parti aduersę danda uel neganda &c. Rubrica.XXVIII.

ACcurate atq; celerius in causis procedere cupiẽtes statui/mus/ q̃ quandocunq; aliquis tutorio, actorio, curatorio, seu procuratorio nomine/uel alio quocunq; genere man/datorum comparuerit in iudicio agendo uel defendendo/ omnia mandata & instrumenta facientia ad legitimationem suæ perso/næ producere & exhibere in primo termino teneatur, quæ pro/ductio facta intelligatur/ seu fieri possit si constabit de habilitate personæ ex actis alicuius notarii ad officium iudicii residentis, quorum copiam/nisi pars cõtra quam producuntur, tunc ibidem petierit/ulterius de hiis de quibus copiam nõ petierit dilationem ad habendũ copiã habẽre debeat, sed ad legitimationẽ personarum eis uisis per iudicem iuridice procedatur, nisi legitima exceptio debito tempore opponatur, & idem obseruetur in copia danda reo quandocũq; actor simul & semel ad probationem suæ intentionis plura instrumenta producit/ ut uidelicet de instru/mentis, quorum tunc copiam nõ petierit ulterius pro opponendo copiam non ualeat obtinere/ Et econuerso idem seruetur in copiis productoꝝ in publica forma pro parte rei dandis actori, & hanc locum etiam in pendentibus.

De termino ad opponendum contra mandata con/cedendo uel non. Rub.XXIX.

DEcernimus q̃ de procuratorio/uel alio mandato facto in iudicio/uel extra parte prẽsente/ nulla copia detur parti petenti/sed ibidem legatur in iudicio & legitimetur mandatum uel reprobetur/At ubi procuratorium/uel aliud mandatũ factum fuerit in iudicio/uel extra parte aduersa absente / tunc si pars quæ fuerit absens petat copiam dicti mandati eidem detur cum termino ad opponendum ad tertiam diem iuridicam proxime sequentem/die statuti termini computato/& non ultra,& infra dictum terminum opponat quicquid opponere uult/& ulterius non audiatur opponens contra dicta mandata causa iudicii differendi.

De negãtibus psonas fore legitimas in iudicio. Rub.XXX.

ADuertentes ad constitutionẽ antiquã ordinamus q̃ quãdocũq; aliquis opponat in iudicio q̃ non sit legitima persona ad agendum/ seu ad defendendũ, tũc si in processu causæ/& post litem contestatã in iudicio factam petatur per aliquã partem sibi fidem fieri de mandato eius, qui comparet in iudicio,sufficiat fieri fidem per instrumentũ mandatum continens/ uel per acta continentia iuridicam legitimationẽ personaꝝ prædictarum,quoꝝ copiam si tunc causa opponendi petatur nullatenus decernatur, ne iudicium retardetur, eam tamen notarius requisitus parti petenti/habita solutione/tribuere teneatur extra iudicium/si fuerint instrumẽta tutelaꝝ/uel curaꝝ generalium,quia propter solẽnitates a iure requisitas in talibus si forẽt omissę possent parti magnũ præiudiciũ generari./Addiicientes q̃ notarius causæ apud quẽ in iudicio producitur aliquod mãdatũ/teneatur & debeat in actis causæ scribere nomina omnium mandatarioꝝ in mandato cuiuscunq; generis producto contentorum,& utrum sit uel sint specialiter uel generaliter ad causam cõstitutus uel constituti/ac etiam millesimum annum & diem facti dicti mandati/ & nomen notarii / qui compilauit & publicauit dictum mandatum,& q̃ legitimato uno de mandatariis & autenticato instrumento mãdati,intelligantur omnes alii mandatarii in eodẽ con/

tenti legitimati. Nisi aliqua exceptione legitime opposita contra personā alicuius ex mādatariis/per sentētiā repellerent̄, & ipsi legitimationi in actis scriptę, ut pręfertur adhibeatur in tota illa cā principali/& appellationis plena fides/etiā si mādatum aliter non producatur.

De procuratore cōpellendo ad procedendū post susceptum mandatum. Rub. XXXI.

ANtiquā cōstitutionē approbantes statuimus/ ꝙ si aliquis absens de cætero fuerit cōstitutus ꝓcurator, Sindicus/uel actor in cā in qua mādatū illud suscepisse cōstiterit, ꝓcedere cōpellat̄/& cū ipso tāq̄ cū legitima ꝑsona procedi possit etiā si renunciaret/nisi iustā causam renuntiandi haberet, ꝙ per iudicium dirimatur, dūmodo de legitima reuocatione ipsius a dño facta expresse nō cōstet, & interuenienti ex parte actoris asserentiq; se nō fore informatū de iuribus sui principalis dilatio pro informatione suscipienda nō cōcedatur, & habeat locū etiā in pēdentibus causis. Addiiciētes ꝙ si quis fuerit legitimatus in iudicio per aliquā cōprobationē domini in iudicio factam/nō intelligatur reuocatus/nisi de reuocatione expressa per dñm facta in actis iudicii constet per publicū instrumentū/aut ꝓthocollum notarii in iudicio productum. Et ꝙ in qualibet parte litis possit citari tā principalis q̄ procurator/altero tamē eoꝝ comparente sufficiat. & domino agenti, aut ꝓcuratori nullæ dētur inducię ex eo ꝙ asseratur se uelle informari ab altero.

Mandatum susciper̄ liberꝝ est. Susceptum aut̄ consumandum est. insti. manda. §. pe. 2

Voluntatis est suscipe mandatum. Necessitatis consumar̄. Susceptum ff. como. l. in comodato §. sicut. 7. insti. e. man. penult. §. [illegible]

Quæ ętas pro alio cōparenti/dicatur sufficiēs. Rub. XXXII.

DEclarationē antiquę cōstitutionis annectens/statuimus ꝙ nullus minor annis. xx. possit esse actor/curator/sindicus/uel ꝓcurator ad lites seu causas, & quicquid cū eis factū fuerit ipso iure nō ualeat, & nullum sortiatur effectum, nisi parte non opponente per iudiciū legitimatus extiterit. Maior autē. xx. annis etiā filiusfamilias/& sine consensu patris possit esse nomine alieno in iudicio ad causas & litigare, ita tamen ꝙ ex hoc nō obligetur pater, nec eius patris bona obligari possint & habeat locū etiam in pendentibus causis.

Nemo ad universas curias aliquos citari facere possit pro eadem hora ꝫ consultum maio. con. statutis venetis folio 174 n°. 1. ꝫ

Qn venetijs contrahit ibi iudicium fieri posse ab actor forum rei sequat ꝫ sen. con. rogatis 1435. ult°. martij statu venetis folio 179. ꝫ

extat et alia pars in simili materia plus ampla et confirmatoria capta i 1534. 7. Junij ꝫ

soluendum seu

De obligatis ad respōdēdū in pluribus locis. Rub. XXXIII.

VT uexationibus & detrimentis quæ & plurimum cum honestate non possent inferri obuiemus hac salubri decisione. Statuimus, ꝙ si aliquis debitor in publico instrumento se obligauerit ad soluendum seu respondendum coram diuersis dominiis & in pluribus locis/ꝙ eo casu tantum conueniri possit in loco celebrati instrumenti si ibidem satisfacere se obligauerit/uel in loco ubi habitare consueuit/uel in loco sui domicilii, alibi autem ita demum conueniri possit, & in alio foro si ibidem personaliter repertus fuerit per creditorem uigore obligationis in instrumento contentę.

De libelli oblatione. Rubrica. XXXIIII.

EXpeditis præparatoriis iudiciorum. Statuimus ꝙ in quacūq; causa cuius quantitas uel extimatio siue precium excesserit quinquaginta libras solidorum/porrigatur libellus in iudicio per actorem coram domino locūtenente ultra citationem partis conuentæ/exceptis causis de iure communi uel cōstitutionum forma summarię decidendis, in quibus libellum in scriptis offerri non oporteat/in quibus & in aliis causis quę sint minoris q̄titatis uel extimationis quinquaginta librarum sufficiat qualis petitio uerbotenus in iudicio productæ, quæ per notariū in actis describatur & reputetur legitima quocunq; modo concepta sit/dummodo constet de intentione petentis super qua sola ueritate inspecta sūmarię cognoscatur. Et si in pręmissis dubitaretur de ualore rei, in iudicio deductę stetur declarationi iudicis etiam ex officio suo super hoc sūmarię fiendę, a qua declaratione non possit appellari uel contrairi/ uel nullitas allegari, sed ei omnino isto casu stetur.

De producendo scripturas duplicatas. Rub. XXXV.

ORdinamus ꝙ si pars porrexerit in iudicio libellum/positiones/articulos/uel exceptiones/uel aliam quācunq; scripturam nō autenticam quam producere uoluerit in iu-

dicio/cuius copia danda sit parti, debeat ipsam producere dupli/catam & unã apud acta relinquere, aliam uero dare parti petenti sibi editionem fieri, & debeant ille scripturæ ausculari si sint con/cordes parte ad hoc præsente.

De confitentibus debitũ in iudicio. Rub. XXXVI.

QVoniam cum sponte confesso, q̃ cum ~~coniuncto~~ conuicto mi/tius est agẽdum, decernimus q̃ si in iudicio citatus in primo uel secundo termino uocauerit se ~~coniunctum~~ conuictum ei unius mensis terminus assignetur ad integre satiffaciendum actori præstita primo ydonea fideiussione de soluendo ad termi/num stabilitũ/quo transacto possit fieri executio contra princi/palem debitorem uel contra fideiussorem in electione creditoris secundum formã constitutionum de hoc loquentium. Vbi uero fideiussio ut supra nõ pręstaretur tunc in confessum (dicto termi no nõ pręstito) illico fiat executio secundum formã iuris & con/stitutionum patriæ. Et præmissa uendicent sibi locum in compa/triotis tantum & in causis summã .xxv. librarum excedentibus. Abinde uero infra dilatio arbitrio iudicii assignetur secundũ cõ/ditionem personaꝝ & causæ/dum tamẽ mensem non excedat.

De dilationibus dandis post porrectũ libellũ. Rub. XXXVII.

COnstituimus & ordinamus q̃ porrecto libello in causis in quibus iure ordinario proceditur iudex statim statuat reo terminum trium dierum ad deliberandũ/& opponẽdum in scriptis & allegandum omnes exceptiones quę litis contestatio nem impediant in forma impedienti processum & ad respondendum ipsi libello si exceptiones nõ fierent uel fierent & nõ admitterentur per iudiciũ. Et si infra dictũ terminum comparuerit nul/lasq̃ exceptiones õpposuerit. tunc teneatur respondere libello. Si autẽ respondere recusauerit/tunc sit in electione actoris an uelit habere litẽ pro contestata ita q̃ ad diffinitiuã sententiã factis de/bitis probationibus perueniri possit, an uelit q̃ procedatur cõtra ipsum reum admissionem in possessionem/uel aliter ueluti proce/

ditur secundum formam constitutionum contra contumacem. ¶ Si uero responderit libello, tunc ipso facto actor producat in scriptis positiones suas iuramento interueniente q̄ credit illas ueras esse, dictis autem positionibus & aliis per alterutrā partem productis, in qualibet parte litis siue procedatur summariæ siue non, si pars principalis quæ cū iuramento eas produxit uoluerit & petierit principalem personam persemet ipsam/respondere si erit in patria foriiulii teneatur cōparere psemet ipsam & respondere die ad quā citata fuerit de cōmissione iudicis quā principalem personā p̄curator suus debeat facere ad hoc personaliter cōparere. ¶ Si aūt pars principalis per seipsam respōdere in iudicio recusauerit/aut eā eius p̄curator non fecerit præsentari ad respōdendū legitime/dictæ positiones habeantur pro cōfessatis/exceptis personis infirmis/aut ualde debilibus, p̄latis, militibus & dominabus, qui uel quæ cōparere in iudicio p̄sonaliter nō cogant. Sed iudex de loco honesto prouideat/& illuc uadat si sibi uidebit ad fraudes tollendas, uel notariū causæ mittat pro responsionibus personaliter faciendis. ¶ Et si pars nō esset in patria Foriiulii, tūc p̄curator eius admittatur ad respondendū/nisi pars aduersa uoluerit probare ipsum esse in patria, q̄ tūc si probauerit infra sex dies inclusiue/pars principalis cōparere & respōdere teneatur ut supra. Et qui cōtra ueritatē allegauit illam aliam partē esse extra patriam condemnetur in una marcha solidorū curię applicanda. pars autem quæ defecerit in probatione q̄ sit extra patriā in media marcha applicanda/ut supra plectatur.

De iuramento calumniæ. Rubrica. XXXVIII.

VT quantū fieri potest ueritas deducatur in lucē statuimus q̄ si causa ualoris ab una marcha supra agitabit/q̄ illico post litem contestatā iuramentū calūniæ legitimæ præstetur si fuerit requisitū/& si aliqua pars litigantium interrogata fuerit in positionibus uel aliis partibus causæ de eo quod sit notorium/uel de quo fuerit fama publica in loco ubi iudiciū agit/uel ubi partes uel altera earū quæ respondere debet habent uel habet domiciliū, & illud negatum fuerit, soluat libras. iiii. solidorū curię

applicandas totiens quotiens fuerit interrogatus & negauerit. Dictum autem calumnię iuramentum sub hac forma pręstetur procuratoribus utriusq; partis etiã in animas eorum iurare debentibus, & cuilibet alteri intercedenti nomine suo uel alterius uidelicet ꝙ putant & re uera credunt partem suam fouere iustã causam: & causam clientuli sui non fore mendacibus allegationibus compositã & ꝙ ꝓpter nullã malã cãm patrocinabuntur.

De allegantibus manutentores. Rubrica. XXXVIIII.

De conseruatoribus vel releuatoribus Rubrica nº 42

De manutentoribus ex priuilegio Rub. 40

De pena fraudis Comittentium Rub. 46

STatuimus ꝙ si aliqua persona uel cõmunitas citata fuerit in quacunq; causa & manutentorem allegauerit post petitionem actoris ꝙ statim ipsi reo assignetur terminus sex dierũ ad respondendum dictę petitioni: & ad denuntiandum suo manutentori per cedulã eidem personaliter uel ad domũ pręsentãdã ut litem quę sibi mouetur ueniat in die supradicti termini defensurus: qui si uenerit & se manutentorem confessus fuerit iudiciũ assumat & in cã procedat hoc modo. uidelicet ꝙ petitioni actoris respondeat nomine rei conuenti & etiam suo nomine pro suo interesse: & sic per se uel per procuratorem legittimũ procedatur in causa: & quascũq; probationes defensiones & iura debito modo producere possit: & manutentore in causa succumbente sententia pręiudicet eidẽ & etiam reo principali si ab ea manutentor nõ appellauerit quã appellationem interponere & prosequi ipse manutentor & non reus teneatur: si hoc reus uoluerit. Si uero se manutentorem confessus fuerit sed nolit ut supra in causa procedere: tunc reus principalis conuentus procedat in iudicio & iura sua & defensiones bona fide faciat & producat: quo casu reo in causa succũbente sententia contra eum lata siue iusta siue iniusta etiam si ab ea non sit appellatum manutentori qui laborẽ iudicii uoluit aufugere pręiudicet/quo ad interesse ipsius rei principalis consequendum possit tamẽ manutentor pro suo interesse se appellare & appellationẽ prosequi si uoluerit/& si in causa appellationis obtinuerit contentus esse debeat reus principalis re illa de qua est litigatum: consequendo etiã expensas & interesse debitũ prout a iudicio taxatũ extiterit. Si autẽ manutentor nomi-

natus ut supra citatus in dicto termino non cõparuerit uel com/
paruerit & se manutentorem negauerit/ statuatur terminus.xv.
dierũ continuorum subtractis feriis natiuitatis domini & resur/
rectionis uindemiaꝝ & messium ipsi reo die statuti termini non
computato/ infra quem/ nominans ita processisse debeat cũ alle/
gato manutentore/ q̃ declaratum sit an manutẽtor esse debeat in
iudicio/ q̃ si infra dictum spaciũ.xv.dierum dicta manutentio/
nis differentia nõ fuerit terminata/ tunc reus principalis in causa
principali procedere teneatur/ saluo sibi iure quod habet contra
suum manutentorem:& hac causa principali nõ obstante ualeat
ipse reus cum suo manutẽtore datis etiã aliis dilationibus prout
iudici uidebitur expedire & in manutentionis causa procedere
& si contingat q̃ manutentor in causa manutentionis succum/
bat & ulterius q̃ sententia contra reum in causa principali pro/
feratur:talis sententia dicto manutentori quo ad ipsius rei totale
interesse consequendum plene prẽiudicet/etiam si ab ea non ex/
titerit a reo appellatum/ prẽdicta uero etiã obseruentur in ma/
nutentoribus alios manutentores allegantibus:possit tamen prẽ/
dictus manutentor negans appellare pro suo interesse infra tem/
pus a iure statutũ a sententia lata cõtra reum principalem ipsius
manutentoris periculis & expensis.

De allegantibus manutentores qui sunt extra patria. Rubrica.XL.

MAnutentores extra patriã existentes si quis allegauerit
petens illos citari & ad iudicium uocari teneatur & de/
beat infra tres dies continuos die allegationis nõ copu/
tato illos nominare:& fidem in iudicio facere q̃ sint manutento/
res:quę tamen probatio ipsis manutentoribus nominatis non
prẽiudicet:& tunc per iudicem decernat̃ an dicti manutentores
sint citandi:& declarato q̃ sic tunc citentur ipsi manutentores
absentes siue sint uagabundi:siue notũ sit ubi morentur in pla/
thea loci ubi iudicium agitur:& ante domum suę solitæ habita/
tionis si qua est in patria alta uoce prẽconia cũ cedula tribus ui/
cibus. Prima uice ut cõpareant quintadecima die iuridica com/

putanda a die proclamationis illa die non inclusa sub pœna.xx. solidorum.Secũda uice ut compareant.xv.die iuridica computanda a die secũdę ꝓclamationis illo die nõ incluso sub pœna.xl. solidorũ.Tertia uice ut compareant.xv.die iuridica cõputanda a die tertię proclamationis ad negandum uel confitendum prędicta & se constituendum manutentores.Prędictę autẽ cedulæ affigantur qualibet uice in platea:quas quidem proclamationes teneat' & debeat dictus nominãs feciſſe fieri uſq; ad dies.lx. incluſiue a die nominationis/& illo nõ computato:quibus ſexaginta diebus elapſis ipſis manutentoribus in terminis eis ſtatutis non comparentibus: teneatur nominans ſiue fecerit fieri dictas proclamationes ſiue non in ſe iudicium ſuſcipere & procedere cum aduerſario ſuo uſq; ad finem litis incluſiue: & eo conuicto nominati per eum ſi non comparuerint intelligantur & ſint ipſi manutentores conuicti perinde ac ſi prędentes fuiſſent & iudiciũ in ſe ſuſcepiſſent & perſonaliter conuicti fuiſſent/ita ꝙ nõ poſſit allegari ꝑ manutentores de iniuſticia ſententię contra reum lata qui bona fide iudicium egit:quæ bona fides prędummatur: niſi dolus eius rei perſpicius iudiciis cõprobetur:nec poſſit allegari ꝙ omiſſa ſit appellatio aut eius proſecutio/in caſu autem in quo comparuerint legittime in aliquo dictorum trium terminorum procedatur ſecundũ formã conſtitutionis proxime prędcedentis. Prędicta autem locum habeant niſi pars aduerſa allegatum manutentorẽ infra dies octo probare uoluerit eſſe in patria: ꝙ ſi nõ probauerit puniatur in media marcha curiæ applicanda/ſi uero probauerit puniatur allegans eum eſſe extra patriam in marcha una ſolidorum applicanda ut ſupra.

De reo in iudicio dominum nominante. Rub.XLI.

STatuimus ꝙ ſi uocatus ad iudiciũ/res non allegato exforcio in cauſa deductas nomine alieno ſe dixerit poſſidere/debeat talem domini nominationem in iudicio facere/ante litẽ conteſtatam uel pro conteſtata habitam/cui nominanti iudex congruã dilationem aſſignet ad intimandum ~~habenti~~ absenti litem motam: & ut talis abſens ueniat per ſe uel procuratorẽ ydoneũ ad pro/

cedendum in causa: quę dilatio si data non fuerit: uel si data fue/
rit & absens ut supra nominatus nō uenerit: tunc ad instantiam
actoris absens citari debeat/& contra ipsum nominatū pręsentē
si in iudicio per se uel procuratorem legittimū comparuerit: aut
si contumax fuerit/procedi possit & debeat secundum formam
iuris & constitutionum super his æditarum: saluo ꝙ si de exforcio
ageretur/tunc procedi debeat prout in causis exforcii specialiter
est prouisum.

De conseruatoribus. Rub. XLII.

ORdinamus ꝙ si aliquis promiserit alicui debitori ipsum
cōseruare indempnem de aliqua re: facto uel debito: sta/
tim cum creditor egerit contra debitorem principalem,
possit ipse debitor iudicialiter artare suum conseruatorem/ut ip/
sum principalem debitorem cōseruet indempnem/& qua forma
proceditur contra reum: possit similiter ipse procedere contra suū
conseruatorem: propter hoc tamen creditoris iudiciū non retar/
detur. Si uero aliquis se obligauerit creditori ipsum omnino cō/
seruare indempnem respectu alicuius obligationis quā habeat
contra tertiam personam tunc sit in electione creditoris eligere
utrum eorum mallit conuenire.

De dilationibus dandis actori & reo. Rub. XLIII.

FInem celerem litibus cupientes imponere ordinamus ꝙ si
actor de sua intētione probare uoluerit teneatur infra ter/
minū .xv. dierum continuorum subtractis feriis natiuitatis
domini: & resurrectionis messium: & uindemiarum/producere &
produxisse instrumenta/testes/& omnia iura quę credit ad suam
causam pertinere & quibus uti intendit: quo termino elapso non
admittatur uolens producere testes uel instrumenta: uel alia iura
producere/nisi appareat de legittimo impedimento sacramento
partis/uel aliter si iudici æquum uidebitur esse/comprobando.
quo tali impedimento probato statuatur terminus. viii. dierū ad
producendum & probandum quicquid producere & probare

uoluerit:& ulterius uolens producere uel probare ſuper propoſi/
tis & petitis non audiatur:niſi aliud euidentiſſimum impedimẽ/
tum appareat approbãdum ut ſupra: & iſto caſu alter terminus
breuis & peremptorius ſemel tantum iuxta negocii circunſtan/
tias ei per iudicium ſtatuatur:quo elapſo amplius non audiatur
etiam quocunq; impedimento allegato uel probato. Reus autẽ ſi
uelit probare p teſtes uel per inſtrumẽta aut aliter de ſua inten/
tione:tũc idem reus poſſit tam in dilatione data actori ut ſupra:
quę ſit cõmunis:q̃ infra terminum.xx.dierũ continuoꝝ reo aſſi/
gnandoꝝ/exceptis feriis ſupradictis/ſicut ſupra dictũ eſt in ter/
mino actori limitato/computandorum a die lapſus termini.xv.
dierum cõtinuoꝝ actori aſſignati:producere & probare quicqd
uoluerit:& ulterius nihil poſſit producere: niſi impedimentum
interuenerit per ſacramentum partis ſi iudici uidebitur compro/
bandum:& impedimento interueniente alius terminus.x.dierũ
continuoꝝ aſſignetur ſibi ad producendũ:& probandum qcqd
producere & probare uoluerit:quo elapſo nihil poſſit producere
uel probare ſuper propoſitis exceptis & petitis per eum/niſi cõ/
ſtet aliud euidentiſſimum impedimentum : quod utrum iuſtum
ſit per iudicẽ maturius dirimatur:& eo caſu alius terminus bre/
uis arbitrarius peremptorius ſemel tantum per iudicium præfi/
gatur:quo elapſo ulterius non audiatur, etiam quocunq; impedi/
mẽto per eum allegato uel probato:& in prẽmiſſis quilibet ter/
minus datus reo ſit etiam communis actori ut paritas in iudiciis
obſeruetur:& lapſis omnibus prędictis dilationibus aſſignatis
actori uel reo:ſi teſtes iurati non depoſuiſſent adhuc per iudiciũ
poſſit dari dilatio ad faciendũ deponere teſtes iuratos eius arbi/
trio/dummodo quinq; dieꝝ terminum non excedat. Et prędicta
obſeruentur in quibuſcũq; cauſis:exceptis cauſis inſtrumentoꝝ
conuictionis depoſiti:iurium dominarum: ſententiarũ arbitra/
riaꝝ:exforciorum:pauperum:& miſerabilium perſonarum uel
aliarum in quibus ſummarie procedi debet ſecundũ formã con/
ſtitutionum ſuper ipſis æditarum.

De actore renunciante termino ei limitato. Rub. XLIIII.

OMnem perplexitatem uolentes ſubducere: ſtatuimus q̄ ſi actor renunciauerit termino. xv. dierum ſibi limitato ſecundū formam prę̄cedentis cō̄ſtitutionis: talis renunciatio reo non prę̄iudicet quin poſſit uti dicta dilatione/& ulterius terminus. xx. dierum ipſi reo limitatus in cō̄ſtitutione prę̄cedenti incipiat ipſo iure ei currere poſt expirationem dilationis. xv. dierum: quæ primo actori fuerat aſſignata. Et dicti termini actori & reo: limitati & alia tempora eiſdem limitata ad producendum uel probandum currant & currere intelligantur etiam ſi aliquis ex eor̄ teſtibus productis dixerint ſe uelle cogitare & deliberare ante q̄ deponant & terminum obtineant pro prę̄dictis.

De terminis aſſignandis ad opponendum & excipiendum. Rubrica. XLV.

SVperfluas intrigationes reſecantes ordinamus q̄ omnes oppoſitiones & exceptiones producantur in ſcriptis: & ſi quis opponere uoluerit contra proceſſum: teſtes, depoſitiones: uel inſtrumenta producta/aſſignetur tunc dilatio: quæ decem dierū̄ terminum non excedat: in qua ſi partes uel earum aliqua oppoſuerit & dicat opponens ſe oppoſita uelle probare/iudex ad ea probandum/& probatum habendum ſtatim terminum ſtatuat opponenti eius arbitrio: dum tamen ipſa dilatio. x. dierum non excedat: quibus dilationibus elapſis uolēs opponere uel probare nullatenus audiatur/niſi ad allegationes iuris faciendum: & ad aſſumptionē ſapientis faciendā ſi fieri debeat & poterit de iure.

De pœna fraudem committentium. Rub. XLVI.

VT fraudulosæ allegationes & protelationes: quæ interdū̄ in iudiciis fiunt de medio ſubtrahantur: inuiolabili cō̄ſtitutione decernimus q̄ q̄ acceptis induciis ad exceptiones probandum/uel manutentiones producendum: in probando uel producendo defecerit/in expenſis ex hac protelatione paſſis per

partem aduersam eidem illico condempnetur: & immediate taxentur: & ultra hoc.xl.solidorum curiæ applicandorum pœna mulctetur.

De negantibus acta curiæ.Rubrica.XLVII.

DEcernimus q̃ si aliquis negauerit acta iudicii: quę postea facta fuisse apparuerit.xl. solidorum pœnã parti applicandor̃ illico patiatur: non in iudicio audiatur nisi dicta pœna primitus persoluta. ¶ Si uero quispiam probare uoluerit contra acta in iudicio scripta / uel aliqua plus facta fuisse q̃ scripta sint: uel plura in actis scripta q̃ gesta fuerint infra sex dierum continuorum spacium/ talem probationem debeat perfecisse: q̃ si non fecerit ulterius non admittatur: & pœna mediæ marchæ & expensarum parti applicanda subito castigetur ¶ & acta intelligantur citatiões/ relationes preconum: & processus facti in presentia uel contumacia partis aduersæ/ & habeat locum etiam in pendentibus.

De mãdatis & actis iudicii p̃ testes nõ probandis.Ru.XLVIII.

STatuimus quod mandata procuratorum: actorum: sindicorum: curatorum: tutorum & aliarum quarũcunq; personarum nomine alior̃ in iudicio interueniẽtiũ: & legittimationes ipsorum probari non possint per testes/ sed probentur per scripturas. ¶ Et q̃ acta in iudicio uel coram arbitris/ aut arbitratoribus facta parte p̃sente/ uel contumaciter absente probari non possint per testes / nisi illa acta quæ quis probare uelit per testes fuerint facta infra.xx.dies proximę p̃cedẽtes diem/ qua dicta probatio concedi petitur: quo casu sibi concedatur probationis facultas / infra sex dies peragenda non computato die sex dierum probationis.

De allegãtibus terminos p̃bationũ nõ expirasse.Ru.XLVIIII.

REformãdo statuimus q̃ si aliquis allegauerit uel oppo/ fuerit terminum uel terminos ad probandum: uel ali/

quem alium actum faciendum limitatos fore tranſactos & pars aduerſa contrariũ affirmauerit/& probauerit ſe eſſe infra termi/num : quod probare teneatur : cadat allegans & proponens fore tranſactum in pœnã.xl.ſolidorum parti aduerſæ illico ſoluendo/rum & ſoluat expenſas factas pro dicta probatione facta ¶& in eadem pœna cadat pars dicens terminum non fore tranſactum ſi apparuerit ipſum tranſactũ fore:quæ pœna parti aduerſę ibi/dem perſoluatur:qua pœna nõ ſoluta per illum quĩ in ea incide/rit procedatur in eius cõtumacia ac ſi foret abſens & contumax.

De negãtibus acta in iudicio uel nolẽtibus illa cõfiteri. Rub.L.

ORdinamus q; ſi actor uel reus ꝓpoſuerit uel allegauerit aliquem terminum fuiſſe aſſignatum parti ſuæ uel parti aduerſæ:ſeu aliquem proceſſum factum/aut aliquã ſen/tentiam latam fuiſſe pro ſe & cõtra partem aduerſam in iudicio/ſiue coram arbitris/ ſeu arbitratoribus pręſente parte contra quã proponitur ſeu allegatur / teneatur clare & lucide ſtatim negare uel cõfiteri illud quod contra eam proponitur uel allegatur: & ſi quidem fuerit confeſſa propoſita uel allegata contra eam/ tunc ulterius procedatur prout de iure fuerit procedendum ¶ Si uero negauerint propoſita/uel aliquid de propoſitis contra eam:& il/la uel illud quę uel quod negauerit probentur: uel probetur cõ/tra eam:cadat ipſa pars:quæ negauerit in pœnam conſtitutionis ædictæ contra negantes acta curiæ/ & ultra pœnam illam ſoluat expenſas factas congrue uel promiſſas uel debitas fide facta de eis ſuper negatis per eam ¶ ſi autem pars prœponens & allegans non probauerit propoſita & allegata per eã/ tunc ipſa pars pro/ponens & allegans cadat in pœnam.xl.ſolidorum applicandam parti aduerſę:quæ negauerit & ei illico ſoluendorum: quibus nõ ſolutis ulterius non audiatur ¶ ſed procedatur in dicta cauſa ; ac ſi dicta pars quæ cecíderit in pœnam & eã non ſoluerit foret ab/ſens & contumax. ¶ Si uero ſtatim nõ cõfiteatur uel neget ut ſu/perius dictum eſt:ſed taceat / uel reſpõdeat per aliqua uerba per quæ teneat iudicium in pendenti qualitercunq;/ etiam ſi dicat ſe uelle habere conſilium uel deliberare / tunc ſublatis præmiſſis :

rub. 97.

& aliis quibuscunq; subterfugiis & dilationibus/pars contra quã proponitur & allegatur interrogetur & requiratur per ius redẽtem duabus uicibus inter unam aliam interueniente aliquo modico interuallo: q̃ confiteatur uel neget ꝓposita & allegata contra eam/ & tunc si confiteatur uel negauerit procedatur ut superius dictum est. Si uero post præfatã binam interrogationẽ & requisitionem pars interrogata nõ responderit clare & aperte confitendo uel negãdo: & ius reddens dixerit parti alteri q̃ procedat/habeatur, postq̃ ius reddens sic dixerit post prefectam binam requisitionẽ & interrogationem/ipsa pars interrogata immediate & absq; aliqua alia sententia pro confessa id quod est in sui præiudicium: & procedatur in causa perinde ac si clare & lucide confessa fuissent cõtra eam: proposita & allegata aut aliquid de eisdem. prędicta tamen habeant locum quãdo prẹmissa allegata fuerint in iudicio facta citra sex mẽses proxime prẹcedentes diem qua prędicta proponuntur. si uero illa quæ proponũtur: & allegantur ante prẹfactos sex menses facta fuerint/ tunc parti contra quam proponuntur petenti terminum ad deliberandum & iuranti se ignorare an sint uera proposita contra eam/ detur & assignetur terminus sex dierum non cõputato die termini assignati / in quo termino uel infra quẽ terminum præsente alia parte/uel contumaciter absente/ teneatur prẹcise confiteri uel negare clare & lucide cõtra eam proposita ut superius dictum est: alioquin habeatur perinde ac si de illis omnibus cõtra eam propositis expressa confessio facta foret/ eius quod est in sui prẹiudiciũ. ubi autem ambe partes aliqua acta esse hinc inde proponant: quæ petantur hinc inde confiteri / uel negari per dictas partes: tunc teneatur pars cõtra quam tunc in illo termino instanti primo fuerit propositum/ prius negare uel confiteri: & postea immediate teneatur pars contra quam secundario est propositum confiteri uel negare proposita & allegata secondario contra eam sub forma ordine & pœnis præmissis: & habeat locum etiam in pendentibus.

D

Ex volumine statutorũ Q̃mi collegij
Sp. D. doctorũ vtini Rub. 27.
De Aduocatis nõ valentibus trader processũ
in manibus D. Judicis aut Consultoris nisi parte citata
Ut nemo deinceps in suo Jur. ꝑ aduersarium supplantet, et equa lance in iudicijs procedat. pnti constitutione deliberamus, q̃ doctores nri d cetto, nullatenus audeant ut quo uis q̃sito colore p̃sumant aut valeant sub pena libr. x.m irremissibilis a confacientibus auferenda et collegio aplicanda, dare aut trader processus ꝑ se ut ꝑ Intrpositam ꝑsonam alicui Judici, aut consultori nisi p̃cedente demũ citatione ac monitione ꝑtis aduerse, seu eius aduocati: Et q̃ confacientes accusauerit teneat d credentia, lucretq; dimidiam pene p̃dicte, sup q̃ nulla prorsus gtia fieri possit, sed ab eo irremissibilis exigat

De iuramēto partiū in iudicio pstādo uel referēdo. Rubrica. LI.

CVm manifeste turpitudinis sit nolle iurare / uel referre: Statuimus ꝙ in quacūq; causa cuiuscūq; q̄titatis uel extimationis existat / & in quacunq; parte litis una pars alteri possit sacramentum decisiuum deferre super eo / quod in cōtrouersia uertitur / & teneatur ille cui primo oblatum fuerit sacramentum iurare / uel iuramentum referre: nisi allegauerit se nō bene recordari & uelit dilationem habere ad informādum / quo casu dilatio eidem assignetur: quæ trium dierum continuorum spacium non excedat. ¶ Quod si recusauerit si fuerit actor ab actione sua cadat / & reus absoluatur cum dānis & expensis. ¶ Si uero fuerit reus qui iurare uel referre recusauerit comdempnetur ad petita: & habeat locum etiam in pendentibus / & prędicta uendicent sibi locum nisi in deferente uel referente iustissima causa ignorātię subesset: uel quia ageretur de facto defuncti: uel quęreretur de facto alieno / uel facto multum antiquo / uel multum fortiter implicito & intricato / ita ꝙ ignorantia multum probabilis posset reputari. ¶ Quę omnia per iudicium cum bona aduertentia dirimantur.

De notariis & testibus compellendis dare instrumenta: & iurare. Rubrica. LII.

VIgilantiā partibus addere uolentes: statuimus ꝙ infra terminos per pręcedentes constitutiones limitatos actori & reo ad producendum iura sua: testes: & instrumenta: ¶ teneātur actor & reus compellere & compelli facere per ius reddentem notarios eorum instrumenta habentes: & testes: ad iudicium uenire / & eos examinari facere. ¶ Si uero pars hoc non fecerit / defectus notarii ei non prosit / quin dicti termini currant. ¶ Item qualibet die iuridica dictorū terminorum pars quælibet possit producere instrumēta & iura & testes / tamē aduersa parte pręsente uel contumaciter absente: sublatis & reiectis quibuscunq; aliis dilationibus & cōsuetudinibus in contrariū hactenus obseruatis: & habeat locum in causis etiam pendentibus.

De testibus. Rubrica.LIII.

QVoniã danielis exẽplo testes separatim & secrete examinandi sunt:ordinamus ꝙ testes legittime producti ad iudicium/possint iurare parte aduersa pręsente uel contumaciter absente/& ꝙ secrete dictum suũ deponant in actis in causa maioris q̃titatis unius marchę/nõ obstante aliqua contradictione uel absentia partis. Reseruato tamen iure cuilibet parti ad opponendum contra dicta testium & personas eorum: super quibus ante depositionem disputatio per partes non fiat: sed postea in processu causæ oppositiones & allegationes partiũ modo debito admittantur & decidantur/& pręmissa locum habeant etiam si sit omissa protestatio partis tempore factæ productionis testium prędictoꝝ. Adicientes ꝙ quando aliquis testis examinatur in aliqua cã/alii testes examinandi non debeant esse pręsentes aut quicq̃ audire:& si cõtingat per alium q̃ per iudicem testes examinari in iudicio uel extra/tunc eligatur unus examinator & non plures per litigantes in causa si de uno poterunt esse concordes:& si essent discordes ius redens eligat unum partibus nõ suspectũ:& si per alterutrã partem suspicio allegetur tunc utrũ iusta sit uel non per iudicium dirimatur. Decernẽtes ꝙ articuli partiũ in causa producti admitti debeant indistincte/saluo iure in pertinentium & non admittendorum:super quibus tempore diffinitiue ferendę disputatio reseruetur.& habeat locũ etiam in pendentibus.

De litteris obligatoriis/& scripturis priuatis.Rub.LIIII.

QVoniam priuatarum personaꝝ litteris & sigillis fraudes cõmitti poterant:constituimus ꝙ si aliquis agere uult uigore alicuius litterę priuatę obligatoriæ cõtra alium:illa parte etiam absente & non citata possit facere legi in iudicio: & ea lecta/partem contra quã producta est ~~moueri~~ moneri & citari faciat ꝙ usq; ad sextam diem computandã a die pręsentationis cedulę exclusiue/debeat fecisse id quod in littera tali continetur. Et si infra dictũ terminũ ꝑsonaliter citatus non satisfe-

cerit nec comparuerit in iudicio habeatur pro cõuicto/& actor statim habeat nunciũ ad accipiendum de bonis eius/contra quẽ dicta littera fuit in iudicio producta & lecta/iuxta contenta in eadem:iudex tamẽ ex officio suo primo diligenter inquirat/an littera scripta sit de manu illius cõtra quem producitur/seu illius in cuius locum successerit is qui cõuenitur:& si ibi tũc apparere non posset:liceat actori quandocunq; producere probationẽ legittimã:aut per comparationem litterarẽ secundũ formam iuris cõmunis/aut per dicta testium cognoscentium litteram:& dicta probatio fieri possit parte absente & non citata: super qua probatione talem diligentiam adhibeat:q; absentia partis dei presentia repleat. ¶Idẽ quoq; statuimus de littera priuata alicuius obligatoria/scripta non de manu eius qui in ea littera obligatus est:sed quę dicitur alterius manu scripta/si manifeste appareat in iudicio dictam litterã sigillatam cum sigillo illius qui apparet in littera obligatus/& roboratam duorum testiũ subscriptione bonę famę:qui super hoc deponãt ut inferius annotat. ¶Si uero in prima citatione non fuerit personaliter inuentus/tunc cedulã ad domũ suę solitę habitationis dimissa/citetur secundo per similẽ modum suprascriptũ:qui siue inuentus fuerit siue non si in termino non comparuerit/seu infra dictum terminum non satisfecerit/habeatur pro conuicto:forma tamen suprascripta seruata:& delato etiã iuramento parti principali si contenta in scriptura cõtinent ueritatem/& si post eam est facta solutio uel trãsactio in totũ uel in parte/aut aliquid aliud secutũ uel innouatũ quod sit in fauorẽ debitoris. ¶Si autem comparuerit in termino & confiteatur litterã fore scriptã de manu sua/uel illius cui successit:seu confiteatur litteram fore scriptam de manu alterius de suo tamen expresso mandato:tunc habeatur pro conuicto ¶nisi probare uoluerit solutionem:remissionem:pactũ:aut aliã legittimam defensionem facere in totum uel in aliqua parte contra ea quę in littera continentur:quo casu admittatur. ¶Si autẽ comparuerit in termino & contradixerit:seu negauerit litteram fore scriptã de manu sua propria:seu eius in cuius locum successit & conuenitur ¶tunc si fuerit probatũ secundum formam iuris per partem agentẽ/litteram illam productam fuisse scriptã de manu

sua propria/habeatur pro conuicto/nec ulterius admittatur ad aliquã defensionẽ faciendã/uel aliqd probandũ.quod sibi prosit nisi per sacramentum partis aduersę. ¶Si aurem probatũ fuerit litteram illam fore scriptã de manu eius in cuius locũ successit: tunc adhuc possit probare solutionẽ/seu satisfactionem/seu aliã legittimã defensionem facere circa ea quæ in priuatis litteris cõtinentur. ¶Si aũt littera quę in iudicio producitur dicat scripta manu alterius tertiæ psonę:sed sigillata sigillo proprio illius cõtra quẽ producitur:seu illius in cuius locum successit & conuenitur:tunc si ille cõtra quẽ producitur negauerit fore scriptam de uoluntate sua/seu sigillũ fore suum propriũ/uel si cõfiteatur suum proprium: & negauerit fore appositum in dicta littera de uoluntate sua/tali litteræ nõ adhibeatur fides nisi fuerit subscripta & roborata subscriptione duorum testium in dubiq bonæ opinionis & famæ testificantium in ipsa littera per eorum scripturam seu subscriptionẽ q dicta littera fuit scripta per talem personam de uoluntate & mandato expresso illius qui apparet obligatus in dicta littera & de eius consensu expresso sigillata.

De laudis ex compromissis latis. Rubrica.LV.

Hac honesta cõstitutiõe decernimus q si uigore alicuius compromissi/arbitrii/seu arbitramenti lata fuerit aliqua sententia/ seu laudũ promulgatũ:quod executioni mittatur hoc modo uidelicet q producta sentẽtia/siue laudo in iudicio mandetur per iudicem illi contra quem producitur: q infra.x.dies continuos debeat esse in concordio cum actore/ aliter habeat actor nuncios ad accipiendum de bonis suis pro executione summarie facienda. Et si infra terminum trium dierum comparuerit ad contradicendum q ex tunc a die impetratę cedulę infra sex dies tantum,teneatur partem citari facere ad iudicium/in casu in quo intendit contradicere sententiæ iam latæ:in quo quidem termino sex dierum comparentibus partibus statuatur terminus eidem contradicenti decem dierum ad habendum copiam compromissi & sententiæ / & ad opponendum/ & ad probandum quicquid probare uoluerit tam contra sententiã

& compromissum q̃ contra alia instrumenta: post dictum uero tempus non audiatur nisi iustissimum impedimentū & euidens allegetur/quod per iudicem dirimatur. ¶ Adicientes q̃ si in compromissis pactum aut iuramentum interuenerit de non petendo reductionem laudi ad arbitrium boni uiri nullo modo possit peti reductio/sed laudum executioni mittatur ut supra dictū est. ¶ Ordinantes q̃ nō obseruātes laudum iuxta formā compromissi seu cōtradicentes in iudicio / ad pœnam etiam in compromisso contentam / non solum ad contenta in sententia conueniri possint nisi euidens dolus aut enormis læsio doceretur: quibus casibus pœna nullatenus cōmittatur: aut cōmissa non exigat quorum etiam in re in sententia talis laudi iniqui deducta dici debere est consonum equitati.

De uero deposito. Rubrica. LVI.

VT bona fides in deposito plenissime obseruetur. Ordinamus q̃ illud dicatur: & censeatur uerum depositum: quod factum est pœnes unicam personam tantum. & de quo in instrumento appareat fore ibidem datum: & consignatū/ & in quo nullus appareat terminus nec simplex cōfessio sine cōsignatione: & in quo non appareat aliqua fideiussio nec pœna: cum sine hiis euidenter appareat cōfidentia pura prout in uero deposito requiritur inter deponētem & depositariū. nec propter hoc uicietur uerum depositum si in instrumento uel alia scriptura loquente de depositio uero: appareat obligatio facta bonorum dicti depositarii & in tali & super tali depositio habeatur cognitio consueta/ uidelicet q̃ possit deponens ipsum instrumentum depositi in iudicio/parte etiā non citata nec præsente/ producere: & ipsum facere legi / ipsoq̃ lecto: detur nuncius cum cedula ad denotandum depositario q̃ sit in concordio cum deponente infra tertiam diem a die notificationis computandam: & illa die inclusa aliter sit nuncius ad accipiendū de bonis depositarii trāsactis dictis tribus diebus. ¶ Omnia aūt illa instrumēta loquētia & cōtinentia depositum aliter quam supra dictum est/scilicet uel q̃ contineant confessionem depositi sine consignatione præ-

senti terminum/uel fideiussorē/aut pœnam/uel si fiat a pud plu/ res psonas/declaramus fore debita simulata:& mutua/& potius censeri de mutuo q̄ de deposito/& non habeant priuilegia ueri depositi/& contra illa procedat prescriptio sicut in aliis mutuis: in quibus si contineatur conuictio procedatur sicut in aliis mu/ tuis conuictionū. /Et q̄ pro uero deposito possit & debeat depo/ sitarius personaliter carcerari/nisi satisfecerit creditori.

De homine rurali non carcerādo nomine depositi. Rub.LVII.

COnstituimus q̄ si quis ruralis/uel alius q̄ arbitrio iudicis sit modicę facultatis/se obligauerit ad soluendum nomi/ ne depositi alicui usurario aliquam pecuniæ quantitatē/ ex eo quia non soluerit non debeat personaliter detineri. /Sed si depositum cōtractū fuerit inter pares:uel a minoribus ad maio/ res:ita q̄ uerisimiliter p̄sumi possit depositū: super illo pro/ cedatur in iudicio iusticia mediante. Et habeat locum etiam in pendentibus.

De citationibus in causa exforcii.Rubrica.LVIII.

ARcere per citationem personas uiolentorum cupientes statuimus:q̄ si quis uult aliquem conuenire pro aliquo exforcio sufficiat ipsum citari semel tātum si fuerit per/ sonaliter inuentus in prima citatione. /Si uero non fuerit per/ sonaliter inuentus tunc citetur ad domū & cedula ibidē dimit/ tatur/sed adhuc teneatur ipsum facere secundo citari personali/ ter uel ad domum ibidem etiam cedula dimissa:cum proclama/ tione solita/& si propriā nō habet habitationē tūc sufficiat unica proclamatio:& citatio facta in plathea loci ubi solet habitare:

In quibus causis committatur exfortium. Rubrica. LVIIII.

OMnem ambiguitatem de rebus in quibus cōmitti pos/ sit exforcium tollere intendentes. Statuimus:q̄ quicūq; de patria foriiulii:seu incola & habitator i terris uel locis

Ecclesiæ Acquilegiensis/subditus aut etiam forensis proprio ar/
bitrio & eius auctoritate per se uel interpositas personas / absq;
nuncio iurisditionem habentis cui subest/occupauerit/seu inua/
serit mãsos/braidas/prata/nemora/seu alia bõa stabilia/in quoꝝ
possessione aliquis alius fuerit uel possiderit./ Vel ꝓprio arbitrio
absq; prędicti iudicis nuncio uel expressa licentia indebite acce/
perit/asportauerit/uel abduxerit equos/boues/cætcraq; anima/
lia/aut bladum/uel uinum/ seu quascunq; alias res existẽtes/aut
existentia in possessionę aut tenuta alterius ꝑsonę/seu quas alius
tenuerit uel possederit/si ex hoc fuerit conuictus:comdempnetur
ad restitutionem dupli/ uidelicet . restituendo rapta & indebite
accepta : & aliam equiualentem estimationem eorum: & cum
dampnis & interesse & expensis:& ad soluendum pro bãno cu/
riæ iudicis consueti prout consuetũ est libras quinquaginta soli/
dorum. / Si quis uero ex prędictis personis sua propria auctori/
tate ingressus fuerit domum alicuius sitam in terris / castris : uel
uillis:hospite domus contradicente/uel eo absente : & contradi/
cẽte aliquo de eius familia/soluat marcham unam cum dimidia
solidoꝝ pro ingressu & totidẽ pro egressu: quæ pœna hoc casu
parti iniuriã passæ applicetur. / Gastaldiones uero & cęteri offi/
ciales in eorum gastaldiis & officiis sibi commissis guadias exi/
gant iuxta cõsuetudinẽ in locis hactenus obseruatã. Et habeat
locũ in prętcritis:& futuris. / In quibus casibus supradictis ubi
per testes omni exceptione maiores liquide probari non possit:
tunc in odium delinquẽtis sufficiãt bone & sufficientes pręsum/
ptiones arbitrio iudicantis/cum iuramento dampnũ passi iuxta
qualitatem facti/quantitatem rerum/& conditionem personaꝝ/
consideratis summa & ualore ut in constitutione proxime se/
quenti continetur.

De ordine iudicii ubi i causa exforcii releuator noiat. Rub.LX.

APprobatam & diutius obseruatam formam in ordine
procedendi de exforcio. Renouantes statuimus ꝙ si ali/
quis fuerit citatus occasione alicuius exforcii : & citatus
legittime compareat/allegando ꝙ alterius nomine & mandato:

bona fide & ſine fraude accepit & fecit illud : propter quod cō/
uentus eſt:teneatur ibidem nominare illum : cuius :nomine uel
mandato aſſerit ſe talia commiſiſſe: qui releuator nominatur/& ſi dictus nominans nō eſſet ſufficiens ad ſolutionem eorum pro quibus in iudicio conuentus eſt/ tunc ſufficientem præſtet fide/iuſſionem de prēmiſſis:qua non prēſtita carcerari poſſit./Et in/ſuper teneatur dictum releuatorem infra ſex dies cōnumerādos a die nominationis:uel ab inde infra ſecundum locorum diſtan/tiā/ad iudicium perſonaliter exhibere: quem releuatorem ſi non produxerit/reſpōdere teneatur & in cauſa exforcii principaliter & nomine proprio procedere compellatur. /Si uero produxerit ipſum releuatorem qui fateatur eius nomine & mandato factum uel acceptū illud quod pro exforcio allegatur:& petitur:ſi ſuffi/ciens eſt & ydoneus ad ſoluendum illud : quod petitur : tunc citatus primo:qui ipſum releuatorem nominauit:ipſo iure intel/ligatur abſolutus/& in cauſa dicti exforcii cū dicto /releuatore procedatur./Si uero releuator allegatus non eſſet ydoneus ad ſoluendum quod petitur : licet ſe releuatorem confiteatur : tunc qui ipſum nominauit nō intelligatur abſolutus /ymo releuatore in cauſa ſuccumbente intelligatur etiam ipſum nominans fore conuictus: & cōtra utriuſq; bona agi poſſit:& executio ſentētiæ implorari:& ſimiliter contra fideiuſſores:& eorum bona in ele/ctione creditoris:ſeu partis obtinētis./Releuator tamen ad dā/pna:& ad expenſas per eum nominantem paſſas : & ſummariē taxādas efficaciter teneatur./Adicientes q; citatus legitime ſup exforcio perſonaliter comparere teneatur ad eius defenſionem faciendā/alioquin publice proclametur iuxta antiquam cōſue/tudinē:qua citatione & duplicatione facta:& in iudicio oſtenſa: & prēſtito iuramento per actorem q; citatus de quo conqueſtus eſt exforcium commiſerit:de exforcio condempnetur/uidelicet ad ſoluendum bannum curiē iudicis: ut conſuetum eſt/ad reſti/tuendum duplum cum dampnis & expenſis:contumacia delin/quentis nō obſtante. /Et nihilominus actor in quali poſſeſſione erat tempore commiſſi exforcii : conſeruetur./Super ſolutione & reſtitutione quarum rerum actori fienda : eius ſacramento ſtetur:ut in precedenti conſtitutione inſeritur/ſi res indebite ac/

ceptæ cum alia equiualenti extimatione ſummam cẽtum marcharum ſolidorꝫ non excedant: abinde uero ſupra minime ſtetur eius ſacramento: ſed actor probare debeat legittime res indebite acceptas: & earũ ualorem per duos teſtes ydoneos/ aut per unũ cum ipſius actoris iuramento: quę probatio per domeſticas perſonas ydoneas/ & bonæ opinionis: & famę fieri poſſit. Si uero citatus perſonaliter comparuerit: tunc procedatur in cauſa ſummarie/ breuiter/ ſimpliciter: & de plano/ ſine ſtrepitu & figura iudicii. At ubi legitime citatus non comparuerit/ ſed alius excuſator legitimus pro eo cõpareat ad allegandũ legittimas cauſas abſentiæ dicti citati in dicto termino/ ſi fuerint legittimæ reputatæ minime procedatur ob eius abſentiam: ſed alius terminus competens eidem aſſignetur in quo ceſſante impedimẽto: & alio non ſuperueniente comparere debeat. Iminente autem impedimento in perſonam citati/ ſufficiat ipſum comparere per procuratorem legitimum. In premiſſis autem intelligatur excuſator legittimus ut attinẽs: uicinus: domeſticus bonæ conditionis: & famæ/ cum iuramento abſentiam citati iuſtam allegans: licet mandatum non habeat. Si tamen iudicis grauitati talis excuſator non uideretur ydoneus: tunc contra abſentẽ legittime citatum procedi poſſit/ eius contumatia non obſtante.

De pœna pignorantiũ pro liuellis / & affictibus cum nuncio domini circunuenti. Rubrica. LXI.

ORdinamus qꝫ ſi quis citatus ſup exforcio commiſſo: alleget id: ſuper quo impetitur fore factum cum nuncio iuſdicentis: ſeu de eius mandato uel licentia: & cognitũ fuerit: qꝫ minus iuſte & rationabiliter pignorauerit: ſeu acceperit aut pignorari ſeu accepi fecerit / teneatur pignora accepta parti conquerenti reſtituere cum duplo ideſt alia equiualenti exiſtimatione: & cum dampnis & expenſis etiam ſi profictibus & liuellis pignora fuerint accepta non tamen pignorari faciens maiori pœna plectatur & de ualore pignorꝫ cum dampnis & expenſis ſtetur ſacramento conquerentis pignoratę perſonę.

De possessiõe ãnua i cã exforcii p utrãq; ptẽ allegata. Rub. LXII.

COnstituimus & ordinamus q; si citatus occasiõe alicuius exforcii legittime comparuerit: & actor & reus allegauerint se fore in possessione rei de qua agitur per annum & diem proxime preteritos a tempore asserti exforcii commissi: utriq; parti terminus simul statuatur ad probãdum in possessorio & pars que per se uel auctorem suum probauerit annuam possessionem. uidelicet pacificam perceptionẽ fructuũ & prouentuum anni proximi preteriti a tempore allegati exforcii: uel maioris partis quietam perceptionem dictorum fructuum: obtinere debeat & possessio taliter probata pro annua censeatur: nisi interrupta probetur per citationem factam / litis contestatione secuta / uel habita pro cõtestata. In quo possessorio neutra pars uolens producere manutentores secundum formam constitutionum admittatur: iure utriq; parti reseruato contra suos manutẽtores si de dominio uel quasi iter dictas partes super possessorio contendentes: in futurum contingerit litigari: ac si iudicium ipsi manutentores in se susceppissent. Cuius annue possessionis probationẽ partes facere teneantur post litẽ cõtestatã infra. xx. dies cõtinuos a die litis contestate cõnumerandos / feriis Natiuitatis: & resurrectionis: Dñice: Messiũ: & uindemiaꝝ inde subtractis / infra quem terminum debeant litigantes positiones fecisse / articulos / interrogatoria: & testes produxisse: & examinari fecisse: producendo de die in diem: prẽsente parte: uel cõtumaciter absente: ad actus in quibus est necessaria prẽsentia uel cõtumacia partis in dicta probatione facienda: ad quam peragendam non possint per alterutram partem plures. xxv. testibus examinari. Superueniente tamẽ iusto impedimento alia dilatio probatoria de diebus. x. utriq; parti ualeat assignari: quibus elapsis ulterior ptobatio p testes nõ admittatur. Et interim donec super possessorio fuerit pronũciatum & excutio facta: neutra pars super plenaria petitori deductione debeat audiri / iuribus tamen proprietatis utriq; parti pleniſſime reseruatis. Et pars rea i possessione annua allegata succumbens / parti uictrici ad duplum uidelicet extimationem perceptorum & eorum restitutionem / cũ

dampnis & expensis / & ad bannum curiæ usitatum uidelicet. quinquaginta librarum pœnę nomine teneatur: & in .xxv. libris parti uictrici applicādis cōdempnetur. ¶ Actor uero in dicta ꝓbatione seu causa possessorii succumbens quinquaginta librarū pœnam persoluat/cuius medietas curię prędictæ / alia medietas reo uictroi debeat applicari / cum expensarum refectione summatim & illico taxandarum.

De pœna repertoꝝ cum animalibus pasculare. Rub. LXIII.

STatuimus ꝙ si quis cū animalibus uel aliqua bestia inuentus fuerit pasculare ī pascuis. pratis. braidis: seu aliis possessionibus ad ipsum non pertinētibus: non intelligatur ex hoc exforcium commisisse: nec ad pœnam exforcii teneatur/sed solū ad extimationem dampni dati teneatur/& ad moltā: quę molta denarios octo aqlegiensis monetę non ualeat excedere/& exigi non ualeat nisi semel pro uno excessu/quod locū habeat in quocunq; dampno dato in territorio alterius. xx. solidorum ualorem non excedente / dum tamen illatum non sit alicui resistenti. ¶ At ubi dampnum inferens de proprietate uel possessione rei cōtendens succubuerit/tunc intelligatur exforcium commisisse/& ad pœnas exforcii teneatur.

Quando super exforciò decem dies probatorii utriq; parti debeant assignari. Rubrica. LXIIII.

COnstitutionibus prędecentibus addendo Sancimus ꝙ si agitur contra aliquem de exforcio super rebus mobilibus uel immobilibus / & non sit necessaria ꝓbatio possessionis rei mobilis seu stabilis/ tunc in tali causa utriq; parti simul & semel limitetur terminus. x. dieꝝ ad probandum quicqd probare uoluerit & non ultra/ connumerandorum a die limitationis dicti termini exclusiue.

Si quis in possessione rei fuerit per iudicem indebite priuatus qualiter ei succurratur. Rubrica. LXV.

Constituimus q; si aliquis fuerit per annũ & diem in pacifica possessione bonorum/uel iurium:aut rerum mobilium uel immobilium:& ipso non citato uel non præsente/alter eiusdem rei possessionem apprenderit cum auctoritate dominii/& in ea possessione etiam per annum diem pacifice steterit:& compareat ille qui asserat se per annũ & diem possedisse antequam possideret ille: cõtra quem super possessiõe querimoniam exponit/teneatur is qui conqueritur super dicta possessione citari facere alium de quo conqueritur : cum tribus terminis rationabilibus:petendo q; relaxetur possessio rei uel bonorum de quorũ possessione est quęstio : & si superueniente tertio termino citatus non comparuerit:tunc si in eius contumacia facta fuerit fides summaria per agentem:q; habuerit possessionem annuam: prius q̃ ille a quo petitur:factaq; etiam fide de terminis supradictis.tunc immediate detur sibi nuntius ad inducendum ipsum in possessionẽ rerum : uel bonorum de quibus agitur/post quam sententiam non audiatur citatus:contra inductum in possessionem:uel in possessione manentem:nisi uellet contra eũ agere super proprietate:quo casu agere debeat cũ ordine cõsueto:quando agitur de territorio./Si uero citatus in aliquo dictorũ trium terminorum sibi datorum comparuerit : tunc si actor uoluerit consentire:reo uolenti q; disputetur super proprietate & possessione:super utraq; ualeat disputari: & uterq; ualeat & possit terminari:secundum constitutiones causis territorii decidentes./Si uero ipse actor uoluerit super possessione tãtummodo disputare: tunc excluſa disputatione & probatione quorum liber iurium facientium ad proprietatem: disputetur & diffiniatur solũmodo super possessione:nisi ipse reus allegaret se in bonis uel rebus de quibus est quęstio ius acquisisse a dicto actore seu petitore : uel ab aliquo alio habente causam ab eo : quo casu disputari & determinari debeat quæstio:tam super proprietate q̃ super possessionẽ./Et eo etiam casu quo ut præmittitur super possessionẽ tantum est disputandum & decidendum : seruata sint ipsis partibus & cuilibet ipsarum omnia iura : que habent in proprietate rerum uel bonorum:de quibus est quæstio.

Rub. 58/59/60/61/62/63/64/65/67

Quãdo allegatur poſſeſſio nouiter acquiſita & incidenter allegata ſuper petitorio. Rubrica. LXVI.

CONſtituimus q; ſi partes/uel altera partium in cauſa exforcii allegauerit poſſeſſionem annuam etiam cõtinuatã cum poſſeſſione auctorum ſuorum/tunc procedatur ſecundum formam cõſtitutionum proxime precedentium/ſeruato ſemper iure cõtra ſuos manutentores. ¶ Si autẽ ambæ partes omitterent cãm poſſeſſionis/& uellent cõcorditer ſuper petitorio litigare/& iura eorum & probationes/& manutentores ſuper hiis producere/hæc poſſint: & procedatur in dicta cauſa ſecundum ordinem conſtitutionum ſuperius æditarum/quando agitur & litigatur de territorio: & nihilominus poſſit diffinitiua ſententia ferri. ¶ Si uero altera partium tantum uellet inſtare ut cauſa poſſeſſionis prius diffiniretur: & pars aduerſa quę nõ annuam ſed nouam poſſeſſionẽ allegat/uellit iura ſua ſuper proprietate & poſſeſſione ac manutentores producere/nõ audiatur niſi in aliquo ex tribus caſibus ſequentibus uidelicet/quando is qui non annuam poſſeſſionem allegat ſed nouam/dicit rem de qua agitur fore uenditam ad incantũ contra ipſum contra quem querimonia eſt expoſita uigore alicuius conuictionis per ſententiam latam contra ipſum. ¶ Secundo quando allgat rem de qua agitur fore uẽditam cõtra ipſum uigore alicuius obligationis conuentionalis factæ per ipſum. ¶ Tertio quando allegat rẽ de qua agitur fuiſſe ſibi datam aliquo titulo alienationis ab eo cum quo contendit/uel ab alio habẽte cauſam ab illo. ¶ Quibus tribus caſibus tantum poſt quam ille qui non annuam ſed nouã poſſeſſionem allegat/iura ſua uult producere ſuper proprietate & poſſeſſiõe/cõpellatur etiam alia pars ſua iura producere ſuper eaſdem/aliter autem non teneatur nec compellatur producere niſi ſuper poſſeſſione antiquiori & potiori. ¶ Et tũc in dictis tribus caſibus diſputetur ſimul & ſemel ſuper poſſeſſiõe & proprietate: & procedatur ſummarie & de plano: & teneãtur dictæ partes infra. xx. dies a die allegatæ poſſeſſionis eorum poſitiões/articulos/& interrogatoria/ac teſtes producere/& examinari facere/& deponi feciſſe/& produxiſſe inſtrumenta/iura/manuten-

tores processus factos in iudicio uel extra. Et generaliter quæcunq; producere uoluerit:procedendo de die in diem/parte præsente uel contumaciter absente:ad actus in quibus est necessaria præsentia uel contumacia partis in dicta causa. ¶ In qua causa non possint produci pro parte qualibet ultra.xxv.testes. ¶ Et hoc intelligatur nisi iustissimum impedimentum interuenerit / quod utrum sit iustum per sententiam declaretur. Et tunc si dictum impedimentum fuerit per iudicem iustificatum superaddantur utriq; parti itez.xx.dies:infra quos dictę partes debeant omnia quæ uoluerint in dicta causa produxisse & fecisse:quibus elapsis nulla partiũ audiatur ulterius in dicta causa / quolibet impedimento & allegatione sublatis penitus & exclusis. ¶ Sed tunc ad diffinitiuam sententiam procedatur/quæ coram domino uicario possit & ualeat diffiniri & ferri etiã super proprietate & possessione. ¶ Et in casu in quo actor potior appareat & obtineat in possessione reus condempnetur de exforcio secundum constitutiões superius æditas ¶ licet reus in proprietate obtineat cui reo obtinenti improprietate restituatur possessio similitez cum damnis & expensis. ¶ Et in omnibus dicta causa habeat naturam & diffinitionem causarum exforcioz. Et habeat locum in futuris.

Rub.169 De massariis & colonis ad probandum possessionem admittendis. Rubrica.LXVII.

ORdinamus qꝑ si cõtingat aliquam probationem fieri debere super possessione alicuius mansi/domus/braide/uel alterius terreni seu alterius iuris quod prętenderetur super aliquo terreno: dicta probatio fieri possit etiã per masarios/censuarios/colonos/liuellarios/& alios soluẽtes dicta iura eorum bonorum:probando etiam famam esse de possessione dictorum bonorum:& qꝑ talis probatio sufficiat & legitima reputetur : & si admisse sint ambę partes & cõcurrant ad probandum possessionem in quo casu dicti coloni & alii supradicti produci possint per partes & in testes admittantur:& in hoc casu pręualeat ut consueuit ꝓbatio illius partis:quæ meliores & pleniores probationes produxerit & habebit.

De allegationibus bina uice per partes fiendis. Rub. LXVIII.

ORdinamus q̄ quando litigantes comparent in termino eis uel alteri eorum ſtatuto/audiantur litigantes uel eor̄ aduocati proponentes & allegantes duabus uicibus pro qualibet parte & non ultra / & poſtea quieto animo ſileant: nec aliquid amplius allegent/poſt q̄ inceptum fuerit ſententiari/ ſub pœna contenta in conſtitutione poſita ſub. Rubrica de uerbis redargutoriis. n°.

De notariis nō ſcribētibus p̄ceſſū ifra terminū. Ru. LXVIIII.

QVilibet notarius qui ſcripſerit in cauſis iudiciorū infra. xv. dies a die fact̄e cōcluſionis cauſę / feciſſe & redigiſſe teneatur in ſuū ordinatum proceſſum omnia acta cauſarum utriuſq; partis in pœna unius marchæ curię applicandæ: notariuſq; requiſitus per partē/ teneatur pàrti petenti copiam tradere infra tempus conſtitutionis proxime ſequentis.

De tempore inſtantię cauſarum. Rubrica. LXX.

VT parcatur laboribus & expenſis partium quę ut plurimum in litigiis occurrunt / hac ſaluberrima cōſtitutione ſtatuimus q̄ in ordinariis cauſis ualorem centum librarū excedentibus in cauſa taliter procedatur/ q̄ ſit in ip̄a concluſum infra ſpacium octo menſium continuorum computandorum a die litis conteſtate / quæ conteſtata intelligatur poſt factam reſponſionem partis conuentę petitioni actoris/ uel tranſacto termino per iudicem aſſignato ad reſpondendum libello / ſiue petitioni partis agentis etiā nulla alia reſponſione facta: quę cauſę concluſio ip̄o iure abſq; aliqua declaratione iudicis facta intelligatur ſ tranſacto dicto tempore octo menſium : & atteſtationes teſtium per iudicem uel per conſtitutiones alias non publicatorum: ſimiliter ip̄o iure intelligantur publicatę: quo tēpore lapſo notarius cauſę debeat infra. xl. dies continuos tunc proxime futuros: aut infra tempus breuius per iudicem limitandum totum

processum causę iudici/aut parti petenti tradidisse:de qua tradi/
tione constare debeat in actis causę./Et dictis.xl.dicbus elapsis
seu alio breuiori tempore per iudicem statuto prætcrito partes
ipso iure dilationes habeant.xxx.dierum ad plus ad producen/
dum omnes allegationes iuris:quibus dilationibus elapsis: nulla
dilatio ulterius assignetur nisi iusto allegato impedimento:quod
per iuramentum probari possit : quo probato sit in arbitrio iu/
dicantis aliam dilationem assignare semel tantum: dum tamen
.x.dies non excedat./Quibus dilationibus prętcritis:iudex me/
dius : si per se pronunciare debebit absq; consilio sapientis ferre
debeat sententiam suam in scriptis:infra tempus quinquaginta
dierum continuorum./saluo q; si ultima dies incideret in diem
feriatam: sequens proxima non feriata habeatur pro legittima/
quo ad prolationem sententię:& lapsis dictis temporibus instã/
tia causæ ipso iure:& sine iudicis declaratione intelligatur fore
perempta./In aliis autem causis librarum centũ uel abinde in/
fra : sententiari debeat infra sex menses computandos a die litis
contestatę/uel habita pro cõtestata ut supra dictum èst: & dicto
tempore lapso/& non lata sententia / instantia causæ ipo iure sit
perempta./In quibus causis minoribus infra quattuor primos
menses computandos a cõtestatione litis/partes debeãt hinc in/
de omnes earum probationes produxisse: quibus quattuor mẽ/
sibus elapsis ipo iure intelligatur processus publicatus & conclu/
sum in causa : & in reliquis duobus mensibus pronuncietur in
causa/aliter instantia/non secuta sententia/infra tẽpus sex men/
sium intelligatur fore perempta./Et patrocinantes actori in
omnibus prędictis casibus cum perimitur instantia/pro eorum
salario nihil percipiant & si quid perceperint restituere compel/
lantur:& pars agens ipo iure intelligatur dictis casibus in expẽ/
sis legittimis reo condempnata / per iudicem illico taxandis &
limitandis : a qua taxatione non possit appellari aut aliter recla/
mari./Et super prędictis nõ possint dilationes prędictæ per iu/
dicem immutari:q; si fecerit ipso iure non ualeat/saluo iusto im/
pedimento/uidelicet infirmitatis/uel absentiæ/ aut occupationis
iudicis/uel infirmitatis procuratoris quibus casibus tempus in/
firmitatis uel absentiæ propter quod causa retardetur de medio

subducatur. ¶ Et saluo etiam dispositione constitutionis positæ sub rubrica in quibus dilationibus dies feriati debeant computari uel subtrahi / quæ incipit ut ambiguitates tollantur : & hoc notarius causæ in actis ordinate scribere teneatur . & aliter non ualeat. super quo impedimento stetur declarationi iudici a qua non appelletur. ¶ Declarantes insuper q̃ si pendentibus dictis causis ordinariis uel aliis minoribus prædictis pars principalis agens uel conuenta decesserit relictis heredibus masculis minoribus .xxv. annis / quę ætas arbitrio iudicis extimetur a quo eo casu non appelletur: uel mulieribus heredibus cuiuscunq; ætatis sint/uel heredibus utriusq; sexus simul relictis / q̃ isto casu heredes relicti ipso iure habeant dilationem .xl. dierum continuorum computandorum a die mortis defuncti/ de qua die mortis constet in actis causę ad procedendum in causa / per quod tempus instantia premissarum causarũ intelligatur prorogata/ita tamen q̃ pupillis heredibus dictum tempus .xl. dierum non currat nisi a tempore quo de tutela assumpta cum effectu ipsis sit prouisum. ¶ Aliis autem succedẽtibus defuncto:similiter data intelligatur dilatio .xx. dierum ad procedendum in causa:qua durante instantia intelligatur prorogata. ¶ Et si heredes deliberarent post dictum tempus de adeũdo hereditatem uel conficerent aut conficere uellent inuentarium nõ tamen retardetur lapso dicto tẽpore processus causę sed procedatur interim in causa per procuratorem defuncti nomine heredum seu nomine hereditatis: & aditione hereditatis quandocunq; secuta ualeant eorum herẽdum seu hereditatis nomine in iudicio gesta. ¶ Decernentes insuper q̃ si partes durante instãtia compromissum fecerĩt de quo constare debeat in actis causæ ipsa instantia causæ principalis ex ui dicti compromissi per unum mensem tantum ualeat prorogari & non ultra quocunq; modo. ¶ Eueniente uero casu quo instantia alcuius causæ sit perempta iura utriusq; partis secundum formã iuris cõmunis salua permaneant & attestationes testium legittime factę in prima causa ualeant & produci possint in nouo iudicio absq; alia noua examinatione facienda/dũ tamẽ personę testium tempore depositionis extiterint ydoneę ad testificandum / nec possint noui testes produci in alia noua instantia

inter eaſdem partes ſuper eiſdem uel directo contrariis articulis ut teſtiũ ſubornatio ualeat euitari. Adiciẽtes ꝙ in hac cõſtitutione non cõprehẽdantur cauſæ in quibus ſũmarie procedi debet in qbus per iudicẽ celerius procedatur ad expeditionẽ earũ nec earum tempus aliquo modo poſſit aut debeat excedere tempora per hanc conſtitutionẽ in aliis cauſis limitata: & ꝙ in prẽmiſſis omnibus mẽſis computetur de.xxxi.diebus pro quolibet. Verum tamen ſi extra patriam foriiulii cauſa conſilio ſapientis cõmiſſa foret tunc lapſu dicti temporis cum per conſultorem ſteterit non intelligatur inſtantia deperire / ſed eo caſu per iudicem prouideatur: ut q̃ eicius fieri poteſt eidem conſilium iuriſconſulti debeat exhiberi ut pronũtiare poſſit in cauſa. Et quoniam ueriſimile non eſt ꝙ infra tempus duorũ menſium nõ poſſint iuriſconſulti conſiliũ a die factæ cõmiſſionis perfici: & preſentari / declaramus ad hoc ut partes ſolertię cauſam habere debeant ꝙ ſi infra duos menſes a die factæ cõmiſſionis excluſiue computandos non fuerit iudici conſilium preſentatum / niſi iudex illud temporis duorum menſium ex cauſa prorogauerit / ꝙ eo caſu inſtantia cenſeatur ut ſupra peremptа / & ulterius pars quę primo cõmiſſionem cauſę petiuit in una marcha ſolidorum parti alteri condempnetur. Adicientes tamẽ ꝙ ſi cõtingat appellari ab aliqua interlocutoria tali a qua ſit cognitũ & pronuntiatum appellari poſſe ſecũdum formam conſtitutionum patrię ad curiam domini locũtenentis uel ad dominos auditores ſententiarum in ciuitate Venetiarum inſtantia cauſæ principalis interim ſuſpendatur: & non currat: donec illius appellationis cã fuerit terminata. Statuentes ꝙ pro commoditate partium ut antiqua litigiorum ſumptuoſa immortalitas ſopiatur: ꝙ huic ſaluberrime conſtitutioni cõſenſu: uel iuramento partium quod contra bonos mores preſtitum intelligatur ſi interuenerit nullo modo ualeat derogari.

De commiſſione cauſarum. Rubrica.LXXI.

HOneſtate ſuadente decernimus: ꝙ poſtq̃ fuerit in cauſa: concluſum quæ ſit maioris ualoris librarum quinqua/

ginta:& super hoc stetur declarationi iudicis: a qua nõ appelletur. Si utraq; pars petierit causam committi consilio sapientis iudex ipse biduum partibus assignet ad confidentes producẽdos: & si in eo termino in actis redigendo partes dederit cõfidentes: uel altera earum tantum / tunc iudex uni ex confidentibus: aut pluribus in eadem ciuitate morãtibus: pro ut causę qualitas demonstrabit causam committere teneatur eligendo seu eligendis per ipsum iusdicentem. Si uero altera tantum partium postulabit causam committi consilio sapientis. iudex ipse uni uel pluribus ex confidentibus productis causam committere teneatur expensis partis petentis recuperandis tamen in posterũ: atq; taxandis. si & prout iuris fuerit. Adiciẽtes ꝙ causæ ualoris quinquaginta ducatorum: & abinde infra extra patriam foriiulii cõmitti non debeant nisi ambæ partes in hoc essent concordes, uel altera earum suo sacramento firmaret se suspectos habere iurisperitos dictæ patriæ, dum tamen suspicio quattuor iurisperitos non excedat: & de reliquis dicte patriæ partes ipsæ non sint concordes, & intelligantur quo ad prǫmissa iuriscõsulti patriæ ydonei, si per quadriẽnium saltem iura ciuilia uel canonica in studio generali audierint. Declarando ꝙ commissiones nullo modo fieri debeant aduocatis causę uel consultoribus: uel sollicitatoribus: aut attinentibus alterius partis uel eius affinibus usq; ad quartum gradum de iure canonico computandum / quod per sacramentum iurisconsulti: uel aliter in discretione iudicantis declaretur. Et ꝙ salaria iuxta qualitatem causarum: & personarum si partes non erunt concordes per iudicem debeat discrete taxari & ultra q̃titatem taxatam nil ulterius per alterutrã partem iurisconsulto debeat exhiberi sub pœna dupli eius: quod dederit: nec iuriscõsultus similiter quicquam ultra taxationem accipere prǫsummat sub pœna dupli iudici qui taxauerit applicãda. Et ꝙ per iudicium cogi possit quilibet iurircõsultus patriæ infra tempus sibi limitandum suum in scriptis prǫbere consciliũ postquam onus susceperit consulendi. Adiciẽtes ꝙ præsentato consilio iudici sigillato quæ prǫsentatio in actis causæ redigatur iudex monitis partibus illud publicet infra terminum octo dierum in quibus si ultima dies esset feriata: prima sequens non fe-

riata habeatur pro legitima quo ad prolationē sententię: & iuxta tenorem consilii suā sententiam proferre debeat/ aliter autē prolata ipso iure non ualeat/ & predicta uendicent sibi locum etiam in pendētibus causis. Statuentes ꝙ nulla interlocutoria ferenda in summariis uel ordinariis causis cōmitti possit consilio sapientis sed per iudicem mediū omnimodo debeat terminari.

De cognitione causarum. Rubrica.LXXII.

STatuimus ꝙ omnes causę possint & ualeant uentilari corā domino locuntenente cuiuscunq; conditionis existant/ ac etiam possint terminari & diffinitiuę sententiæ ferri per uicarium ipsius domini locūtenentis exceptis tamē sententiis diffinitiuis territorii libertatis: seruitutis & feudorum/ quę causæ & sententiæ super eis dūtaxat per dominum locuntenentem proferantur/ nisi sententias diffinitiuas super causis territorii prosequendas: idem dominus locuntenens propter aliquas occupationes: quas asserat se habere/ uicario suo specialiter & expresse duxerit committendas/ saluis iurisditionibus: & antiquis laudabilibus consuetudinibus cuiuscunq; loci.

De sententiis super futuris non proferendis: Rub.LXXIII.

IVs reddens ad litigantium instantiam uel alicuius eoꝝ non petat a circunstantibus sententiari & diffiniri quid iuris sup futuris cōtingentibus scilicet ꝙ ex nunc petat qd iuris si tali die non fecerit fidem de tali facto/ uel si sic fieret uel erit tali die quid iuris/ & similium ex quibus petatur aliquam diffiniri cōtrouersiam uel litem ante q̄ orta fuerit inter partes: exceptis casibus in quibus propter contumaciam partis conceditur in futurum fieri in absentia partis.

De sentētiātibus allegatis pro suspectis. Rub.LXXIIII.

VT presumptio recta: quæ de sententiātibus est habēda in suspicionē minime conuertatur. Statuimus ꝙ si aliquis

aliquem pro ſuſpecto in ſententiando allegauerit teneatur declarare cauſam ſuſpitionis: quę cauſa ſi fuerit admiſſa tāq̄ legitima per ſententiam/ tunc ſi uelit probare dictam cauſam ſuſpitionis admittatur ad probandum/quam probationem ibidem: & illico ſine aliquo termino ſibi dando ꝓbare teneatur: & ſi nō ꝓbauerit cadat in pœnam .xl. ſolidorum dandam illi qui allegatus fuerit ſuſpectus/ & hoc niſi ſtare ueller ſacramento eius quem allegauerit ſuſpectum: quo caſu etiam ſi iurabit illam cauſam nō fore ueram cadat in pœnam prędictam quā ſoluere teneatur ibidē & illico/ aliter non audiatur nec in agendo: nec in defendendo: ſed in cauſa procedatur contra eū allegantem ſupitionem: quē/ admodum eſſet contumax. ¶ Si uero cauſam dictę ſuſpitionis tanq̄ legitimam per ſententiam admiſſam probauerit per legitimam probationem/illico ut ſupra/ aut per confeſſionem illius allegati ſuſpecti. de pœna p̄dicta nihl ſoluat: & p̄dictus allegatus ſuſpectus in dicta cauſa ſententiare non poſſit nec ualeat.

De appellatiōibus & i qbus cāis appellare nō licet. Ru. LXXV.

ORdinamus quod a ſentētia lata in cauſis uertentibus in curia domini locūtenentis ſuper ſūma quinquaginta librarū uel rebus dicti ualoris aut minoris q̄titatis ſeu extimationis: quę extimatio arbitrio iudicis terminetur: quo caſu non appelletur: aliquis non audiatur appellans/ uel de nullitate agens/ uel alio modo contradicere uolens: ſed ſentētia executioni mandetur. ¶ Item ab interlocutoriis latis in quacunq; ſumma: uel a grauaminibus ante diffinitiuam ſententiam illatis. Appellans uel aliter ſe grauare uolens in quocūq; iudico nullatenus audiatur niſi eſſet talis interlocutoria: uel tale grauamen quod nō poſſet reparari per appellationem a diffinitiua de quo ſtetur declarationi iudicis cauſę appellationis. & ſi quidem declaratū fuerit eandem appellationem procedere ex eo quod eius grauamen non ſit reparabile per appellationem a diffinitiua: tunc ſuperſederi debeat in proceſſu cauſę principalis/ & eius inſtantia interim non curat donec appellationis cauſa fuerit terminata. ¶ A ſententiis uero diffinitiuis latis in curia domini locūtenentis

ſuper maiori ſumma quinquaginta librarum: uel re maioris ex/timationis licitum ſit unicuiq; appellare/ dummodo non ſit talis cauſa in qua procedi debeat ex forma conſtitutionum ſummarie uel ſimpliciter. breuiter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii/ uel ſit cauſa talis: qua petuntur dotes uel repetuntur / uel ſi petuntur morgincapia & diſmontature uel contra pacta / uel ſi agitur de cauſa exforcii/ uel alia cauſa quę tangat inſtrumentũ conuictionis/ ſeu connexa uel dependentia de cauſis alimentorũ mercedis/ pauperum & miſerabilium perſonarum in quibus caſibus nullatenus appellatio uel nullitas: aut alia contradictio a terminatione facta per curiam domini locutenentis admittatur: & prędita uendicent ſibi locum etiam in pendẽtibus cauſis: & ſi quis in cauſa appellationis ab interlocutoria aliqua facta ſuccubuerit unius marchæ pœna plectatur.

De appellatiõibus nõ admittẽdis i cã ꝓtectiõis. Ru. LXXVI.

STatuimus ꝙ a ſentẽtia lata in cauſa protectionis aliqua partium nullatenus audiatur appellans & habeat locum etiam in pendentibus & illis caſibus in quibus per conſtitutiones appellatio aut reclamatio eſt expreſſe prohibita.

De appellationibus corrigendis & earum preſentatione fienda. Rubrica. LXXVII.

ORdinamus ꝙ appellationibus interpoſitis appellans teneatur acta cauſę: & ſententiam feciſſe corrigi & ſigillari infra. xv. dies a die appellationis interpoſitę connumerandos: alias appellatio deſerta cenſeatur / niſi iuſtum impedimentum interuenerit/ quod per iudicem ad quem etiam per iuramentum ſi ſibi uidebitur legittimari poſſit. Adicientes ꝙ interpoſita appellatione appellans citari faciat appellatum infra tres dies ad uidendum inchoari correctionem appellationis & eam fiendam infra tempus ſupradictum/ & ſi pars contra quam eſt appellatum comparuerit in dicto termino & appellans non comparuerit ipſo iure appellatio deſerta cenſeatur dummodo

legitime constet de termino. & hoc nisi iustum impedimentum interuenerit quod coram iudice ad quem doceri possit. ¶Si uero pars appellans in termino dictorꝝ dierum comparuerit & pars appellata fuerit contumax tunc appellatio producta per appellantem legitimetur cum actis causæ & sigillentur: saluo iusto impedimento parti appellante interueniente. ¶Si uero utraq; pars comparuerit coram iudice a quo tunc acta causę corrigãtur & sigillentur si de tenore eorꝝ partes fuerint concordes/ alias ibidem teneantur: & illico eligere unum correctorem concorditer: alias uero notarius causæ intelligatur & habeatur pro correctore qui corrector teneatur infra sex dies tũc proxime sequẽtes dictam appellationem corrigisse sub pœna mediæ marchæ absq; remissione curiæ applicandę: qua correctione facta statim claudantur & sigillentur omnia acta causę/ omnibus oppositionibus & cauillationibus resecatis. Et prædicta uendicent sibi locum in appellationibus interpositis & protectionibus secutis admissis uel non admissis.

De probatiõibus in cã appellationis fiendis. Rub. LXXVIII.

Constituimus q; in causa appellationis possint partes probationes facere & iura sua allegare modis legitimis/ & approbatis a iure infra spatium. xxx. dierum computandorum a tempore presentate appellationis/ quibus elapsis partes ad probationes ulteriores non admittãtur. ¶Ita tamen q; testibus rite receptis in causa principali & eorum attestationibus in eadem publicatis non liceat super eisdem uel directo cõtrariis articulis seu super eisdem partium intentionibus uel directo cõtrariis alios testes uel eosdem in appellationis causa producere ut subornationis materia ualeat amputari. ¶Quę quidem appellationis instantia lapsu trium mensium intelligatur esse perempta/ nisi ex causa iusti impedimenti infirmitatis uel absentiæ iudicis: aut infirmitatis procuratoris aliud declaretur. & prędicta habeant locum in appellationibus interpositis & decidendis in prima. ¶Et eo saluo q; durãte appellationis causa pars alterutra principalis decederet ¶tunc heredes habeant dilationem alterius

mensis ultra tempus prętaxatum nisi heredes forent pupilli quibus tempus dicti mensis superadditum non currat nisi a tempore quo eis de tutela cum effectu prouisum sit. In appellationibus uero quę interponuntur ad serenissimum ducale dominiū uel eius auditores per dominum locuntenentem uel eius uicarium possit appellanti dilatio competens assignari infra quam pars appellans coram iudicio appellationis se prędentet causa prosequendi appellationem & de ipsa prędentatione facta, fidem faciat ipsi iudici principalis causę aliter autē appellatio deserta censeatur & sententia executioni mittatur, si appellans infra tēpus dictę dilationis prędissa nō seruauerit/ quę dilatio breuiori tempore.xx.dierum nec maiori duoꝝ mensium ualeat assignari & prędissa locum habeant etiam in pendentibus causis. Adicientes ꝙ in causis appellationum in ~~prima~~ patria decidendis sententia proferatur in scriptis & in actis causæ redigatur per notarium/ aliter lata sententia ipso iure sit nulla per quā quidem appellationis sententiam possit principalis causæ sententia legitime & secundum formam iuris: si expedierit reformari.

In quibus dilationibus dies feriati debeant computari uel subtrahi. Rubrica.LXXVIIII.

VT ambiguitates tollantur Statuimus ꝙ in dilationibus seu terminis limitatis per constitutiones huius uoluminis seu per iudicem omnes dies licet feriati existant computentur siue partibus probandi onus: uel quid aliud faciendi sit iniunctum / exceptis feriis nauitatis & resurrectionis dominicæ ac mesium & uindimiarum / excepto etiam si per guerram uel aliam necessitatem uel causam uel per iusreddentem fuerit causarum audientia suspensa, uel facta prorogatio terminorū. Insuper statuimus ꝙ si propter defectum notarii uel alterius personæ pars non potuerit sua iura producere/ uel testes examinari facere uel alia adimplere ad quę dilatio per constitutionem aliquam uel per iudicem sit iniuncta / ꝙ eo tantum casu dilatio nō currat quando pars post primum defectum notarii uel alterius personæ instetit, cum iudice ut notario uel alteri personæ man/

daretur q̄ faceret diligentiam ſuam in eo ſuper quo fuerit faciē/da ſub pœna medię marchę ſolidorum curiæ applicāda. Si uero ſupradicta inſtantia de qua conſtet in actis cauſę facta nō fuerit tunc currat dilatio prędicta non obſtante defectu cuiuſcunq; p/ſonę. Et hæc prędens conſtitutio & eius effectus ad quālibet aliam conſtitutionem huius uoluminis effectualiter & indubie porrigatur/ſaluo q̄ illa pars ſupradicta uidelicet de feriis meſſiū & uindemiarum non uendicet ſibi locum in cauſis in quibus per conſtitutiones in dictis feriis procedi poſſe conſtat eſſe deciſum.

De appellationibus extra primam interpoſitis. Ru.LXXX.

VT appellationis beneficium ſub iuris umbraculo per di/lationes & ſubterfugia cum partis indebito diſpendio nō trahatur / hac librata conſtitutione decernimus q̄ ſi quis appellauerit a ſententia domini locutenentis & infra quattuor menſes ab appellationis die computandos appellationis cauſa per ſententiam non fuerit terminata/q̄ tunc dominus locute/nens teneatur ſuam ſententiam executioni mandare hoc mode/ramine adhibito uidelicet q̄ ſi in ſententia mobilia ſint comprę/henſa pars in cuius fauorem debet fieri executio primo preſtet ydoneam fideiuſſionem de reſtituendis receptis æque bonis in caſu in quo in appellationis cauſa ſuccūbat. Si uero immobilia in ſententia ſint comprehenſa tunc executio fiat/ facta prouiſio/ne primo de nō alienando uel deteriorando talia bona & de ea reſtituendo in totū uel in parte prout & ſi in appellatione contra ipſum fuerit iudicatum. Niſi dominus locutenens ad defenſio/nem ſuæ ſententiæ per ipſum latæ uellet perſonaliter intereſſe/quo caſu eius executio interim ſuſpendatur.

De ſententiis ferendis in cauſa appellationū. Ru.LXXXI.

VT longi & ſumptuoſi circuitus pro commodo litigantiū euitentur. Statuimus q̄ ſi ſententia a qua eſt appellatū ad dominos auditores ſententiarum reperiatur non bene lata in totum uel in aliqua ſui parte/non debeant partes/per do/

minos auditores in ſtatum priſtinum reponi ſed ſentẽtia debeat reformari: prout iura uolunt per ipſos uel in totum ſi expedit: uel in illis partibus in quibus iniuſtitia uel defectus reperiretur. Et in partibus in quibus apparet bene iudicatum ſententia debeat cõfirmari ut ex particulari defectu tota ſententia nõ retractetur & ut finis litibus imponatur. Ita tamen q̃ cauſę terminatę in principali lite de conſcilio ſapientis debeant per dominos audi/tores ad partium uel alterius earũ requiſitionem cauſam appel/lationis conſilio ſapientis conſulendam committere producti de numero confidentium/ & ſi uſq; ad numerum decem confiden/tium productorum pro qualibet parte: partes non erunt cõcor/des, tunc datis primo quinq; ſuſpectis pro qualibet parte & non ultra domini auditores arbitrio ſuo eligant unum uel duos iu/riſprudentes quibus cauſa appellationis conſulenda cõmittatur: & ſecundum illud conſilium pronuntiare teneatur.

De protectionibus. Rubrica.LXXXII.

ORdinamus q̃ ſiquis in protectione ſuperioris ſe poſuerit debeat dictam protectionem iudici preſentaſſe in cuius protectione ſe poſuit infra quinq; dies computandos a die admiſſę uel denegatæ protectionis excluſiue/ ſaluo iuſto im/pedimento per ipſum ſuperiorem uel cui commiſerit legitime terminando. Qua protectione preſentata teneatur pars dictam protectionis cauſam infra decem dies proſequi & ſi de iuſtifica/tione actorum uel protectionis queſtio aliqua inter partes ori/retur: tũc ſtetur proceſſui per notarium ſcripto. Si uero aliqua partium allegaret quod eſſet aliter uel plus uel minus ſcriptum q̃ fuerit actum & ſententiatum in iudicio tunc per iudicem ſta/tuatur terminus eius arbitrio ad contra illa probandum qui ſi in probatione defecerit cadat in pœnã unius marchę: cuius media/tas applicetur curię & reliqua medietas alteri parti & habeat lo/cum & in pendentibus. Adicientes q̃ ſi quis ſe poſuerit in pro/tectione teneatur & debeat ipſam cauſam protectionis proſeqni & finiuiſſe adeo q̃ ſuper ipſa protectione ſit pronuntiatum in/fra.xl.dies connumerandos a die reſponſionis facte per uicariũ

uel officialem coram quo fuit interposita dicta protectio: utrum ipsam protectionē admittat uel non & illo die non incluso/saluo iusto impedimento auditoris cui de dicto eius impedimēto creditur. Quo casu tantum tempus restituatur parti dictam protectionem prosequenti per quantum tempus steterit impeditus. & nisi fuerit infra dictum tempus lata sententia super ipsa protectione habeatur pro nulla & pro non interposita / & perinde procedatur in causa principali ac si nunq̄ fuisset positum in protectione/& si pars quę se posuit in ꝓtectione succubuerit in ipsa causa protectionis teneatur & debeat reficere omnes expensas factas in ipsa causa protectionis taxandas per iudicem dictę ꝓtectionis quibus non solutis non audiatur in agendo uel defendendo pars quæ se in protectionē posuerit. Si uero pars contra quam protectio est interposita succubuerit nullatenus condēnetur in expensis cum iusta causa litigandi habuerit.

De obligatis ad carceres. Rubrica.LXXXIII.

COnstituimus ꝙ siquis ~~masculus~~ sponte & ex certa ~~senten-~~ scientia ~~tia~~ in instrumento uero publico & non simulato se obligauerit ad publicos carceres pro aliquo uero debito per eum cōtracto/ possit capi & detineri in carceribus quousq̄ satisfecerit creditori/ uerum tamen si talis debitor contra dictum instrumentum uel obligationem in eo comprehēsam aliquam iustam exceptionem opponeret non debeat carcerari si paratus sit prēstare sufficientem & bene ydoneū fideiussorem cum effectu de soluendo in casu in quo succūbat / qui si succubuerit electionem habeat creditor uel excutiendi realiter fideiussorē sine nouo processu / uel agendi contra principalem realiter & personaliter pro consequendo sibi debitum & expensas suo iuramēto taxādas. Et quo casu debitor aliquis fuerit carceratus teneatur ille ad cuius instantiam fuerit incarceratus facere sibi expensas in carceribus per iudicem limitandas & per debitorem creditori reficiendas postq̄ fuerit relaxatus.

De expensarum refectione. Rubrica.LXXXIIII.

De expensarum refectione Rub. 84

XXXI

STatuimus ꝙ si aliquis faciendo citari aliquem nobilem coram domino locuntenente uel aliter ipsum iudicialiter inquietando/succubuerit in causa ꝙ expensas soluere teneatur & similiter econuerso.

De executione sententiarum. Rubrica.LXXXV.

ORdinamus ꝙ cum expediens fuerit de bonis debitoris satisfieri creditoribus puta quando debitor fuerit confessus in iudicio parte pręsente id quod petitum est / uel quando aliquis fuerit conuictus uel cōdēpnatus ad aliquid soluendum/dandum/restituendum/ seu faciendum primo capiantur bona mobilia debitoris si qua extāt / & facta prius relatione per pręconem se non posse inuenire de bonis mobilibus debitoris tot quot sufficiant ad solutionem debiti procedatur ad executionem faciēdam de bonis immobilibus debitoris/ deniq; ueniatur ad nomina debitorum. Possitq; & teneatur pręco & executor sententiæ prima uice qua uadit ad capiendū & accipiendum pro pignore de bonis debitoris unum pignus recipere tale quale sibi dederit debitor/ si placet debitori dare pignus. Alioquin dictus pręco ex officio suo capiat aliquale pignus/quo pignore uendito dictus pręco possit tot bona mobilia debitoris si extant & si illa habere potest capere & accipe quæ uerisimiliter ascendere possint ad integram satisfactionem debiti.

De executione instrumētorꝝ conuictionū. Rub.LXXXVI.

OBseruationem licitorum contractuum q̄tum fieri potest iuuare intēdentes iusta antiquā constitutionem. Statuimus ꝙ si quis dixerit in iudicio aliquem sibi fore obligatum uigore alicuius instrumenti in quo debitor uocauerit se fore conuictum & de hoc fidem faciat coram habente iurisdictionē per publicum instrumentum tunc detur secundum formam antiquitus obseruatam creditori nuntius ad denuntiandū & mandandum debitori ꝙ soluat uel sit in concordio cum creditore infra octo dies continuos. Alioquin ex tunc habeat ille nuntius

De pręconibus et Cabbalarijs Rub. 160 in q. continetur iuris certa quod pro vice honesto modo petat debeant pignus / et non violenter etc.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur presentis diei debet l. in omnibus ff. de re iu.

In omnibus obligationibus utrum

De pręconibus et Cabbalarijs Rub. 160 in q. prius est quod pro vice honesto modo petat pignus / et non violenter intret etc.

Sentencie et conuictiones sunt exceptuarum utrum arg. 9. et 15

De pręconibus et Cabbalarijs Rub. 160 in q. continetur iuris certa quod pro vice honesto modo petat debeant pignus / et non violenter etc.

Quod si consignauerit pignus vel vinum ut bladum sufficit dare monstrum vide in rub. nº lxxxxviij

De negantibus acta in iudicio ut nolentibus illa confiteri rub. 50

Teneatur tale quale pignus recipere pro vice quod uadit ad pignorandum

Tamen non possunt accipere res deputatas ad agricultura ut pro usu quotidiano, nec vestes uxorum filiorum ut habetur 7. no. in autem agricultores. q. res. ob. po. 7. l. executor. C. eo. ti. etc.

De hijs qui designant pignora vendenda ad incantum pro exequutione debiti ut sententiarum Rub. 98

De hijs qui per conditiones impedire nituntur bona aliquorum vendi ad incantum Rub. cij et ciij

De litteris obligatorijs et scriptionis priuatis Rub 54

De prescriptionibus Rub. cvij et in usurarijs et alijs q. 141

Quod Caballarij non concedant nisi de conuictione capitulum 8 in litteris communis arg. 69. et 90

De licentia pignorandi vide in rub. 65. et 160.

De sublatis obligationibus 140.

auctoritatē & licentiam pignorandi dictū dibitorem ad instan/
tiam creditoris & uendēdum legitimæ de bonis dicti debitoris
usq; ad plenam & integrā solutionem ipsius creditoris. Si uero
debitor infra octo dies comparuerit coram dicto iudice contra/
dicturus q̄ nulla fiat nouitas per creditorem super bonis suis uel
per nuncium ad hoc ei datum: tunc teneatur & debeat facere ci/
tari dictum creditorem infra sex dies continuos tantum connu/
merandos a tempore dicti expirati termini octo dierū continuo/
rum nisi obstarent ferię immediate post octo dies sequentes an/
tedictos & tunc ad primam diem iuridicam teneatur actorem
citari facere ut supra. Quo termino adueniente & partibus cō/
parentibus tunc reo petenti decernatur copia declarationis iudi/
ciariæ & ibidem statuatur terminus dicto reo ad quintam diem
iuridicam ad excipiēdum & opponendum in scriptis quicquid
uoluerit contra dictum instrumentum legendum in iudicio &
sententiam prędictam. In quo termino solummodo opponere
ualeat exceptiōes istas uidelicet falsitatis/solutionis/ pręscriptio/
nis/seu alterius satisfactionis/transactionis & pacti de non petē/
do in perpetuū uel ad tempus uel alterius pacti in instrumen/
to contenti non obseruati uel aliquid. contra personas contra/
hentium se obligare non ualentium uel aliam ligitimam exce/
ptionem admittendam uel repellendam iuxta sentētiam iudicii.
Quibus oppositis uel aliqua ipsarum statuatur ei terminus. x.
dierum continuorum peremptorie ad probandum dictas exce/
ptiones suas oppositas. quas exceptiōes teneatur & debeat legi/
timę infra dictum terminū & debito modo probasse. Et si qui/
dem in instrumento conuictionis contineatur q̄ non possit pro/
bari solutio finis uel remissio dicti debiti nisi per illud instru/
mētum cancellatum / aut per aliud instrumentum manu boni
notarii in pręsentia quinq; testium confectum possit nihilomi/
nus debitor non obstante dicto pacto probare dictas exceptio/
nes per sacramentum uel confessionem creditoris facta uel factū
in iudicio pręsente parte uel per omnem aliam legitimam pro/
bationem infra. xv. dies continuos faciendam. Vbi autem op/
posita fuerit exceptio falsitatis & non probata oppositionę in
quinquaginta libris paruorum condempnetur. Si uero aliqua

nisi obstarent ferie ergo in ferijs non procedit

opponēs q̄ opponi possunt q̄ in ista conuictionis

alia exceptio fuerit opposita & non probata condemnetur in centum solidis & in expensis duplicatis & habeat locum etiam in pendentibus.

In quibus contractibus intelligatur quis esse conuictus. Rubrica. LXXXVII.

STatuimus ꝙ omnes constitutiones loquentes de instrumētis conuictionum & eis fauentes intelligantur de instrumētis ueri mutui tantum in aliis autem instrumentis nullū obtineant robur neqꝫ firmitatem & proinde procedatur in iudicio ac si non sit in illo instrumēto expressum ꝙ uocet se conuictum.

De profericione bonorum immobilium uendēdorum fienda debitori. Rubrica. LXXXVIII.

COnstituimus & ordinamus ꝙ nulla profericio aliquorū bonorum immobilium seu stabilium possit fieri nisi per cedulam & cui fit profericio personaliter prǫsentandam. Si uero nō fuerit personaliter inuentus tunc ad domum siue locum habitationis eius/uel alicui ex eius familiaribus uel habitatoribus domus uel uicinis propinquis dicta cedula sit dimissa in qua cedula creditor uolēs facere uendi teneatur bona fide facere scribi bona uendenda & fructus qui ex ipsis communiter soluūtur & onera alia si qua incumbunt illis bonis cum manutentore contra quem uenduntur. & si quidem debitor non contradixerit in dictis fructibus uel oneribus tunc bona illa possint cum fructibus seu oneribus contentis in dicta cedula incantari & deliurari. Et tunc licet plus uel minus ꝙ sit in cedula solueretur pro eis uel etiam forēt ultra formam cedulæ plus uel minus onerata intelligantur & hebeantur pro legitimæ uenditis & deliuratis & debitor teneatur illa manutenere secūdū & prout in cedula profericionis ei facta cōtinet. Et si debitor uel ille contra quē bona uenduntur uenerit ante deliuratione uolens addere uel minuere fructus seu onera cōtenta in cedula prædicta admittatur & tūc incantentur & deliurentur secundum eius deliberationem die/

bus præcedentibus deliberationem prædictam quibus fuerint bona incantata computatis & remanentibus in numero ter septem dierum / quibus incantatio fieri debet. Profericio uero & uenditio aliter & contra uel præter prædictam formam facta non ualeant.

De uenditione bonorum immobilium uendendorum ad incantum. Rubrica.LXXXVIIII.

COnstituimus & ordinamus q; quando aliqua bona immobilia/uel affictus/ uel liuella uel obuentiones/ seu noia debitorum uendenda sint ad incantū ad instantiam alicuius dicta bona debeant incantari infra tres terminos septem dierum pro quolibet termino & in quolibet termino incantentur. Tunc q; trālactis dictis tribus terminis/possit & debeat præco sine aliqua notificatione fienda illi contra quem uenduntur/ deliurare plus offerenti die proxime immediate post dictos tres septem dies sequenti/siue feriata fuerit siue non. Et si illa die dicta bona non fuerint uendita / tunc non possint uendi/ nisi prius per cedulam notificata ~~fuerit~~ illi contra quem uenduntˉ dies ad quam uendi uoluerit ille ad cuius petitionem uenduntur bona alias proferta. & tunc incantatio & uenditio possit fieri sine aliqua ter septem dierum incantatione. & talis uenditio hoc modo facta habeat roboris firmitatem. Alias uero facta incātatio atq; uenditio nullius sit ualoris. Et hęc habeant locum in bonis quę non sint obligata pro pignore mobili. In quibus bonis obligatis pro pignore mobili statuatur in proferitione terminus ad minus octo dierum/possit quoq; proferri & incantationes & deliurationes bonorum mobilium fieri etiam diebus feriatis.

De bonis ad incantum uendendis proferēdis illis qui sunt extra patriam. Rubrica.LXXXX.

SI bona immobilia uel mobilia quę sint uel non sint obligata pro pignore mobili aliquis uoluerit facere ꝓferri alicui existenti extra in patriam in loco noto uel ignoto teneatur per

publicam prolationem factam in plathea loci ubi ius redditur & ante domum ipsius si domū uel habitationem habet proferre per ter decem dies. Qua profericione sic facta possint uendi ipsa pignora quemadmodum uendi possent & uenderentur si essent prolata ultra ter septem dies secundum formam alterius constitutionis. Et illum declaramus esse extra patriam qui non est uel residet sub dominio & iurisdictione aquilegiensi ecclesiæ.

De bonis ad incantum uendendis in loco ubi fuerint incantata primo & pœna creditoris prohibentis. Rub.LXXXXI

ORdinamus q; si aliqua bona fuerint incātata. & die qua dicta bona debeant deliurari non fuerint per prēconem deliurata propter inhibitionem sibi factam per creditorem/de qua inhibitiōe stetur relationi prēconis/& contingat postea ad uoluntatem creditoris iterato ad aliam diem dicta bona uendi & deliurari q; dicta uenditio & deliuratio alibi uel in alio loco non possit fieri q̄ in eo loco ubi primo fuerit incantata. & si in secūda alia seu aliis incātationibus bona taliter incātata fuerint deliurata pro minori prēcio q̄ poterāt deliurari & uendi in primo termino uel alio seu aliis sequentibus:quo & quibus fuerint incātata, q; illud minus cadat in dampnum creditoris cuius eā & occasione dicta bona sunt minori prēcio uendita & deliurata/& intelligantur dicta bona fore uendita ad dampnum creditoris pro tanto prēcio q̄tum primitus haberi poterat. & hæc constitutio locum habeat etiam in pendentibus.

De agnatis & uicinis iure agnationis & uicinitatis uendicantibus bona aliorum agnatorum uicinorum uendita uel in solutum data. Rubrica.LXXXXII.

SI quis de cætero uendet aut in solutum dabit aliquam domum/uel possessionem aut aliquam aliam rem immobilem unam/uel plures sitam uel sitas in patria foriiulii/aut uendet aut in solutum dabit ius suum directi dominii uel utilis/uel quasi/uel aliquod aliud ius quod habeat in aliqua re immobili sita

H

in dicta patria foriiulii/non ualeat uenditio seu datio in solutum in prȩiudicium attinentium suorum masculorum seu fœminarū uenientium per lineam agnatorum uenditoris / neque ualeat in prȩiudicium uicinorum tunc coherentium rei uenditȩ seu in so/lutum datæ:sed quilibet agnatus uenditoris seu quilibet uicinus coherens & habitans in prȩdicta patria possit dato eodem præ/cio uendicare & repetere q̄docunque talem rem uenditam seu in solutum datam a quocunque emptore/etiam si uenditio seu datio in solutum esset cum auctoritate iudicis facta/ seu ad incantum data / uel ex secundo decreto confirmata. ¶Et teneatur quilibet qui de cætero emet uel in solutum modo aliquo accipiet uende/re/dare/& tradere cuicūq; ex agnatis uenditoris/ seu uicinis/co/herentibus uolenti emere rem ipsam seu ius illud emptam uel emptum aut in solutum acceptam uel acceptum eo prȩcio quo ipsam uel ipsum emit/seu in solutum accepit.Et ad hoc compelli possit iuris remediis sine questione & querela/& super hoc sum/marie & breuiter cognoscatur. ¶Non uendicent tamen prȩdicta sibi locum si in continenti facta conuentione de certo prȩcio/ uel post fuerit ad petitionem uenditoris aut emptoris notificatum agnatis dicti uenditoris & uicinis coherentibus dictæ rei uendi/tæ personaliter uel bis ad domum habitationis suæ declarando in notificatione per hæc uel similia uerba ¶Qualiter talis agna/tus uel uicinus suus uendidit uel in solutum dedit talem rem tali personæ tali prȩcio / seu qualiter talis res de bonis talis personæ uendita uel in solutum data fuit tali personæ tali præcio ad pu/blicum incantum & q̄ si quis eorum uult emere ipsam rem co/dem præcio debeat usq; ad triginta dies proxime futuros inci/piēdo ab ipsa die notificationis exclusiue comparere coram iu/dicio ordinario uenditoris ipsum iudicem nominādo & per ali/quē ex notariis curiæ seu officii dicti iudicis scribi facere q̄ uult emere rem ipsam ac debeat re uera deponere prȩcium integre ac sine aliqua exceptione penes notarium prædictum / siue penes aliam personā quȩ eidem iudicio ydonea uisa fuerit. ¶Et si plures agnati uel uicini coherentes habitarent in una domo tunc suffi/ciat q̄ notificatio ipsa fiat patrifamilias / seu illi qui tanq̄ pater / familias & maior in domo gubernat familiam. ¶Et hoc casu ua/

leat notificatio uni facta tanq̃ singulariter & cuilibet p̃ se omnibus in eadem domo habitantibus facta esset/ & pro facta omnibus legittimę habeatur. ¶ Et similiter sufficiat q̃ notificatio ipsa fiat tutori pupilli/seu curatori furiosi uel mentecapti/uel si tutor aut curator nullus esset sufficiat q̃ notificatio fiat illi qui pupillum uel furiosum seu mentecaptum tenet in domo. ¶ Et eodem modo sufficiat q̃ notificatio fiat factoribus seu procuratoribus gerentibus ncgocia nobilium uel aliorum qui absentes essent a prędicta patria foriiulii. ¶ Cęteris autē adultis & aliis omnibus & singulis agnatis & uicinis existentibus in patria fieri debeat notificatio prędicta personaliter uel bis ad domum habitationis suæ. Ita tamen q̃ notificatio ad domum fiat diuersis diebus & non fiat bis eądem die. ¶ Et teneatur & debeat quilibet agnatus & uicinus uolens emere facta notificatione prędicta sibi / comparere infra dictum terminum. xxx. dierum & scribi facere ac re uera pręcium deponere ut dictum est ¶ & quicunq̃ q̃uis propinquus uel uicinus cui facta erit uel habeatur pro facta notificatio prędicta siue masculus siue fœmina fuerit/si in dicto termino non comparuerit & scribi non fecerit seu pręcium re uera non deposuerit ut dictū est pro excluso & nolente emere habeatur & beneficio huius constitutionis non gaudeat ullo modo. ¶ Finito uero dicto termino nullus cui fuerit facta dicta notificatio uigore pręsentis cōstitutionis amplius admittatur ¶ Et ~~q̃~~ cunq̃ ad petitionem uenditoris uel emptoris seu cuiuslibet agnati uel uicini in termino scripti uideātur & examinentur per iudicium antedictum omnes & singuli qui in termino comparuerint & se scribi fecerint ac pręcium re uera deposuerint ut dictum est. ¶ Et inter eos seruetur pręrogatiua, uidelicet q̃ in quolibet casu huius constitutionis pręferatur quilibet agnatus uenditoris quibuscūq̃ uicinis & inter agnatos ipsos etiam seruetur gradus & sexus progatiua. ¶ Si uero agnati essent duo uel plures pares in gradu & uolentes emere tunc ille pręferatur qui cohereat ab aliquo latere rei uenditæ ¶ & si duo uel plures agnati essent coherentes tūc ille pręferatur qui a pluribus partibus coherentias & ampliores haberet. ¶ Si autem equaliter in gradu & in coherentiis pares essent tunc ille agnatus pręferatur qui plures

campos habeat coherentes si res illa esset in uilla. ¶Si uero res illa esset in ciuitate aliqua aut terra uel castro patriæ foriiulii / aut etiã in suburbiis alicuius ciuitatis/terre/uel castri:tunc ille agnatus preferatur qui maiorem domum ibi habeat coherentem. ¶Si uero nullus eorum in aliqua parte cohereat/ aut si pares in gradu etiam in coherentiis seu q̃titate camporum aut magnitudine domus equales essent/ tunc forte dirimatur & ille preferatur cui sors euenerit. ¶Si autem nullus masculus ex linea agnatoꝝ ueneditoris comparuisset in termino / aut scribi non fecisset & preciũ re uera non deposuisset secundum formam huius constitutionis tunc admittãtur mulieres uenientes per lineã agnatoꝝ. ¶Et ipsis non extantibus admittantur uicini tam masculi quam fœmine coherentes rei uenditæ/qui seu quę in termino comparuissent & scribi fecissent ac præcium re uera deposuissent ut dictum est. ¶Et inter ipsos uicinos seruetur prerogatiua in coherentiis seu in quantitate camporũ uel magnitudine domus/aut quod forte dirimatur sicut de prerogatiua inter agnatos dictũ est. ¶Et hoc casu teneatur emptor primus in continenti remittere dictam rẽ illi agnato uel uicino qui secundum formam huius constitutionis preferri debet & precium suum depositum (si exbursasset) recipere debeat/nõ obstante uenditione iam sibi facta. ¶Si uero instrumentum uenditionis:seu dationis in solutum nondum factum esset tunc compellatur uenditor ille facere uenditionem illi agnato: seu uicino qui preferri debet cum promissionibus & capitulis consuetis & precium depositum sibi detur. ¶Si uero tẽpore notificationis aliquis agnatorum uel uicinorũ esset absens a patria foriiulii / & nullum haberet factorem seu negociorum gestorem in dicta patria:& reuerteretur postea q̃docunq; usq; ad quattuor menses termino denunciationis factę completo ¶tunc ille qui absens fuerit & reuersus est habeat terminum.xxx.dieꝝ a die reuersionis suæ computando & infra ipsum terminum si uoluerit possit comparere & se scribi facere : ac precium re uera deponere ut dictum est¶ & hoc casu gaudeat ipse beneficio præsentis constitutionis contra quoscunq; in q̃tum preferendus est ex prerogatiua superius declarata / tanq̃ si tempore notificationis legittimę comparuisset in termino : nisi etiam sibi uel factori

suo: seu negociorum gestori suo legittimę notificatio facta esset: quo casu pro non comparente habeatur si in termino prędicto aliis assignato non cōparuit & se scribi non fecit: & pręcium re uera non depositum ut dictum est. Et quocunq; ~~in~~ casu huius constitutionis possint fieri instrumenta uenditionū quarumcunq; & per quęcunq; notarium per partes rogatum / etiam si non sit notarius curiæ seu fori iudicii antedicti. Si autē nullus agnatus uel uicinus facta notificatione legitime comparuit: aut si cōparens in termino se scribi non fecit & pręcium re uera non deposuit: tunc & hoc casu prima uenditio seu in solutū datio firma remaneat. Ita q; deinceps nullus agnatus uel uicinus cui facta fuerit notificatio possit gaudere beneficio huius constitutionis modo aliquo contra emptorem: seu qui in solutū accepit uel data fuit. Et de certo prætio deferatur sacramentum emptori & uenditori / & emptor ille cui prius facta est uēditio seu datio in solutum / si dixerit contra ueritatem se emisse rem illam maiori pręcio q̄ re uera emit: uel in solutū accepit puniatur in solidis. x. pro libra qualibet pręcii per ipsum nominati: & in tantundem puniatur uenditor qui falsum emptorem induxerit. & taliū pœnarum medietas sit eius qui iurisdictioni pręest emptoris uel uēditoris / & alia medietas sit accusantis / & nihilominus uenditio uel in solutum datio ipsa sit ipso iure nulla. Ita q; possit q̄docūq; nulla obstante notificatione facta & nullo obstante lapsu termini quilibet Agnatus & uicinus seruata prærogatiua ut prędmittitur reuocare a quocunq; etiam si res per plures manus translata esset dato pręcio quod re uera res illa ualeat. Non uendicet sibi locum prędens constitutio contra dominum habentem ius directi dominii in re uendita per liuellarium: sed prędferatur dominus proprietarius uolens emere omnibus agnatis & uicinis / & obseruetur q̄tum ad hoc in omnibus & per omnia secundum formam instrumentti liuelli sui. Idem intelligatur in domino seu/di & in aliis dominis habētibus ius in re aliquo modo ita q; ipsi prędferri debeant secundū formam iuris & instrumētorū suorum ꝑsenti cōstitutione in aliquo nō obstāte. Et appellatione agnatorum intelligantur tantum illi qui sunt legittimi & naturales & de legittimo & naturali parente nati. Illud prędmissis adicimus

quod unus quisq; tam agnatus q̄ uicinus aliquid uenditū uel in solutum datum uendicare uolens iurare teneatur q̄ ad nullius alterius instantiam: nec pro alia persona sed pro se petit & intendit illud uenditum uel in solutū datum uendicare/& q̄ hoc uendicat cum suis propriis pecuniis. Qui si huiusmodi iuramentum non prestiterit nullatenus ad uendicandum admittatur/ nec beneficio huius constitutionis gaudeat. Quod autem de notificatione uicinis facienda superius statutum est ita uolumus obseruari / uidelicet cum fuerit notificatio facienda uicinis uicinantibus alicui manso uendito uel in solutum dato/ sufficiat si notificetur illi uel illis tantummodo qui uicini sint sedimini ipsius mansi/uel ei parti mansi ubi antea solebat esse sedimē/si forte pro tunc mansus ipse sedimen non habeat. Neq; sit necesse q̄ notificetur uicinis uicinantibus campis singulis uel aliis terrenis ad ipsum mansum pertinentibus.

De bonis mobilibus excedentibus summā.l.librarum uendendis ad incantū proferendis per cedulam. Rub. LXXXXIII.

ORdinamus q̄ nulla profericio bonorum mobiliū excedentium ualorē & extimationem.l.librarum solidorum possit fieri/nisi per cedulam continentem bona uendenda & diem qua debeant deliurari & uendi. profericio autem & uenditio aliter facta non teneat. In bonis uero minoris ualoris quinquaginta librarū sufficiat p̄fericio & uēditio facta oretenus.

De bonis incantatis non deliuratis & non incantandis nomine absentis. Rubrica. LXXXXIIII.

SI aliqua bona incantata non uenduntur nec deliurentur illa die qua fuerint incātanda & deliuranda. & aliquis supra posuerit præcium aliquod pro dictis bonis/ liber & absolutus ab illo incantu qui supra posuerit seu incantauerit. Et nullus p̄reco possit incantare aliqua bona ad postam: aut petitionem & instantiam alicuius absentis sed omnes emere uel incantare uolentes aliqua bona uendenda ad incantum teneātur personaliter

esse pręsentes/aliter emptio & uenditio factæ ad incantum non teneant ipso facto. Et nihilominus preco qui cōtrafecerit solua noie pœnę marchā unā uel octo diebus in carceribus teneat.

De debitoribus contra quos bona aliqua sunt uendita compellendis ad cōstituendū se manutētores. Rub.LXXXXV.

ORdinamus ꝙ quicunq; qui teneatur aliqua bona manutenere:aut se cōstituere manutentorem:hiis qui emerunt bona ad incantum/siue sit principalis debitor: siue alius manutētor obligatus ī speciali/siue bona sint uēdita ad incantū pro executione sentētię:aut ex cōuentione:seu obligatione spāli:seu alio quocunq; modo. Si per cedulam citatus ad constituendum se manutentorem personaliter inuentus fuerit & non comparuerit in primo termino cadat in pœna.xl.solidorum applicandorum habenti iurisdictionem ibi. Et tunc iterato citetur ad constituendum se manutentorem: uel dicendū causam quare non debeat cōstituere se manutentorem. Qui si reperiatur personaliter siue non:dimissa tunc cū non reperitur personaliter cedula ad locum suæ solutæ habitationis & proclamatione ibi per ipsum Preconem facta de dimissione cedulę tunc teneatur talis sic citatus legitimę se manutentorem constituere. Si uero citatus & repertus personaliter : uel ad domum cum cedulis & proclamatione ut supra non cōparuerit habeatur & reputetur pro manutentore:quemadmodum si pręsens fuisset & se uoluntarie cōstituisset. Sed si in neutra dictarum citationum fuerit repertus & non fuerit citatus personaliter/tunc tertio citetur per cedulam iuxta formam secundi termini prędicti.Et si in illo tertio termino non cōparuerit habeatur & reputetur pro manutentore quēadmodum si præsens fuisset : & se manutentorem constituisset. Postq; prædicta sic peracta teneatur & compellatur elapsis prius terminis limitatis uidelicet.xx.dierum in bonis immobilibus &.x. in bonis mobilibus ad luendū pignora infra tres dies proxime sequentes:& nō cōputata die qua manutentorem constituerit se. Emptor bonorum uenditorum ad incantū dare præcium pro quo emit illi uel illis ad quorum instantiam uendita

20 dierum ī bonis immobilibus & x. ī bonis mobilibus infra 3 dies dictus emptor dare pretium quasi ... in ... ī Rub. 99.

fuerint illa bona/nisi aliquis interim appareret contradictor di/ctæ uenditioni: quo casu procedatur secundum formam consti/tutionis positę sub rubrica: de hiis qui per contradictionem /& sub pœna tertii dicti pręcii/cuius medietas curiæ applicetur: alia medietas alteri parti. Et ꝙ hñs iurisdictionem primo teneatur exigere partem applicandam parti ꝗ suam: & habeat locum in pendentibus.

De manutentoribus recipiendis nomine emptorum absentium. Rubrica. LXXXXVI.

ORdinamus ꝙ dominus locũtenens: seu eius uicarius. uel alius competẽs iudex possit nomine & uice emptoris seu emptorum ementium bona ad incantum recipere ma/nutentores & eoꝝ obligationes: etiam absentibus dictis empto/ribus/& prędicta ualeant quemadmodũ si emptor uel emptores fuissent pręsentes & personaliter recepissent manutentores/non obstantibus quibuscũq; consuetudinibus in cõtrariũ obseruatis.

De emptoribus ementibus bona ad incantũ/compellendis ad pręcii solutionẽ. Rubrica. LXXXXVII.

ORdinamus ꝙ emens bona ad incantũ si sunt immobilia transactis. xx. diebus: si mobilia transactis decem diebus teneatur soluere præciũ/dato manutentore sibi uel ha/benti iurisdictionem/in quo casu dare teneatur ꝙ nisi soluerit facta fide de deliuratione teneatur ipse officialis dare sibi nuntiũ ad accipiendũ de bonis eius & possint uendi bona stabilia: ac si essent mobilia. & nisi soluerit postꝗ unũ suũ pignus fuerit uen/ditũ cadat in pœnam. xxv. librarum curiæ applicandarum/& pœna aucta iudicis arbitrio ad satisfaciendũ arctetur.

De hiis qui designat pignora uendẽda ad incantũ pro executio/nibus debiti: uel sentẽtiaꝝ. Rub. LXXXXVIII.

SI aliqs designauerit aliqua animalia uel aliqua bona mobi/lia prȩconi pro pignore ab eo petito pro executione alicuius

sententiæ: aut assignauerit alicui de dictis bonis mobilibus pro pignore conuentionali/tūc teneatur dictus designans dicta animalia uel alia bona mobilia pro pignore mobili cōsignata/tradere in manibus prēconis uel eius cui commiserit taliter q̄ dictū pignus possit uendi rationabiliter illa die qua dictum uel conuentū fuerit pro pignore uendendo/uel die ad quam fuerit prolatum. ¶Quod si fuerit uinum uel bladū designatū pro pignore sufficit dare mōstram dicti uini uel bladi ad uendendū. ¶Quod si dicta pignora designata tradita non fuerint ut dictum est cadat debitor uel qui designauerit in pœnam unius marchæ cuius medietas curiæ alia parti applicet. ¶Quod si dicta pignora designata tradita fuerint & illa pignora non sufficiant ad solutionem eius/propter quod uenduntur: tunc teneatur designare pignus complementi ad requisitionem partis uel prēconis iuxta formam aliarum constitutionum. Et teneatur ad diem: sibi prolati pignoris tradere ad uendendum sub dicta pœna. ¶Quibus pignoribus uenditis rationabiliter ad incantū teneatur ipse contra quem fūt uendita/requisitus dare: & libere consignare/taliter q̄ possit pro sua uolūtate recipere & exportare illud quod penes se habet uenditū: illi qui emit statim post .x. dies a die uenditi pignoris exclusiue sub dicta pœna: & infra terminū prędictū emptor ~~prędictū~~ soluere nō teneatur & pignus remaneat periculo ipsius qui penes se ipsum habet. ¶Et prędicta etiam locum obtineant quando prēco exequens eius officiū aliquod pignus sine designatione uel datione accepit. Et habeat locū etiam in pendentibus causis.

De pignoribus uenditis ad incantū/luendis infra .x. uel .xx. dies. Rubrica. LXXXXIX.

LIceat illi contra quem bona aliqua immobilia uendita fuerint ad incantum infra spacium .xx. dierum a die factæ relationis computandorū recuperare luere & exigere dicta bona uendita/soluendo illud seu tantum q̄tum fuerint uendita/cum omnibus expensis factis illi qui uendi fecit/si emptor sibi prætium non soluerat. ¶Sed si emptor soluerit prēciū creditori:

tunc uolens recuperare dicta bona uendita ad incantum dare teneatur precium predictum emptori & quicquid expendiderit dictus empror occasione dicte emptionis. Si uero fuerint bona mobilia uendita ad incantū/ tunc ille contra quem uendita fuerint possit illa recuperare: seu exigere infra.x.dies: soluendo precium cum expensis facienti uendere: uel emptori secundum distinctionem proxime supradictam. Ad precium autem soluendum non possit compelli emptor bonorum immobilium infra dictos.xx.dies: nec emptor bonoꝝ mobilium infra.x.dies. Nec faciens uendi teneatur infra.x.&.xx.dies dicto emptori dare uel dari facere possessionem: uel manutentorem. Et facta recuperatione bonorum mobilium: uel immobilium: ut prefertur emptio & uenditio sint cassæ. & perinde habeantur ac si pro tunc non fuissent uenditæ ad incantum. Et habeat locū etiam in pendentibus causis.

De uenditionibus pignoꝝ fieri ualentibus per precones domini locuntenentis. Rubrica.C.

VAleant possintq; precones: & nuntii iurati curie domini locuntenentis quecūq; pignora mobilia & immobilia incantāda uendenda & rationabiliter deliuranda pro executione sententiarum: uel aliter ex conuentione partiū incantare uendere & rationabiliter deliurare quemadmodū alii præcones cōitatum incantare & uendere consueuerunt temporibus retroactis. Item omnes precones possint uicissim cōmittere unus alteri bona uendenda incantari & incantata deliurari sicut hactenus potuerunt/ ita tamen q; ille cui commissio facta est alteri eam nō ualeat committere. Et tales incantationes uenditiones & rationabiles deliuratiōes ualeāt & robur obtineāt sicut si ipse cōmittens ea psonaliter incantasset & rationabiliter deliurasset.

De creditoribus non ualentibus emere/nec emi facere bona que ipsimet uendi faciunt ad incantum. Rub.C.I.

NVllus creditor emat/nec p se uel per aliū publice/uel occulte emi faciat bona mobilia uel immobilia que uendi

faciat ad incantū. Et si fuerit contrafactum uenditio & emptio non ualeat: & qui contrafecerit cadat in pœnam.l.librarum applicandaꝝ domino cuius auctoritate fit uenditio. Et ut fraudibus quę circa hoc committi possent:meliori quo potest remedio obuietur. Ordinamus ꝙ nulli ementi ad incantum bona immobilia detur nuntius ad inducendū eum in tenutam & possessionem bonorum sic emptorum/nisi prius prestet sacramentum ꝙ nō emerit ad pręces uel requisitionem creditoris per se uel interpositam personam rogantis uel requirentis/ꝙ ꝙ emptor bonorū mobilium & immobilium: quę uenduntur ad incantum aliquo tēpore non possit:dare:cedere/trāsferre: donare/uendere/uel alio quoquo modo alienare bona empta per eum ad incantum / uel supra ipsis bonis aliquem affictū in creditorem uel aliā de eius familia:seu etiam quēcūq; alium eius nomine retinentem constituere. Quæ si in ipsum creditorem uel in alium eius nomine infra spacium.xvi.annoꝝ a die factę uenditionis computandoꝝ alia ex causa q̄ ultimæ uoluntatis peruenerint/censeatur utraq; emptio:& uenditio ficticia & nullius ualoris/ & dictus creditor teneatur ad dictam pœnam quinquaginta librarum/quarū medietas curię applicetur:Alia uero illi contra quem uenditio facta est. Adicientes & in casu infrascripto corrigentes. Cōstituimus ꝙ si die: qua bona uendenda ad incantū debeant deliurari/ non fuerit repertus:nec apparuerit aliquis:qui dicta bona emere uoluerit/tunc per iudicium duo ydonei eligantur extimatores ad faciendum extimationem dictorū bonorum/ eorum iuramento faciendam/ Et secundum dictam extimationem bona illa creditori assignentur in solutum/ & nihilominus debitor in terminis superius concessis bona sua possit exigere. Si uero reperiatur emptor: qui non ponit ad integram debiti satisfactionem:tunc liceat ~~debitori~~ creditori ire coram iusdicente: & ibi ab eo possit sententiā obtinere ꝙ ipse creditor possit incantare dictam rem usq; ad sui debiti in integram satisfactionem.

De hiis qui per contradictionem impedire nitũtur bona aliquorum uendi ad incantum. Rubrica. C.II.

STatuimus ꝙ si qua persona per sententiam conuicta cõtra quam fit executio sententiæ in bonis suis: executioni prędictæ contradicere uelit/ uel fecerit interdici audiatur/ & admittatur ad contradicendũ / dummodo prius pręstet sacramentum: ꝙ non contradicit per maliciam: & pręstet fideiussorem de soluẽdo quinquaginta libras & expensas in casu quo succubuerit in causa contradictionis: ita tamen ꝙ sua contradictione nõ obstante procedatur ad uenditionem dictorum bonorum / qua uenditione facta/ statim ille contra quem bona uendũtur priuetur possessione dictorum bonorum & applicetur illi cui facta fuerit uenditio: sed teneatur ipse contradictor infra. xv. dies continuos connumerandos a die quo fuerit cedula impetrata super contradictione omnia sua iura produxisse & probasse quicquid uoluerit/ & ulterius nõ audiatur: exclusis feriis natiuitatis/ resurrectionis / messium/ & uendemiarum quæ in dicto termino non computentur. Quod si infra dictum terminũ contradictor non obtinuerit in dicta causa cõtradictionis puniatur in libris quinquaginta / cuius medietas applicetur curię coram quo quęstio fuerit uentilata/ altera medietas parti: & uenditio firma permaneat. Si uero obtinuerit in causa contradictionis tunc reuocetur uenditio. nec teneatur emptor dictorum bonorũ ad incantum pręcium soluere: nisi primo fuerit causa contradictionis finita & termiata. Si uero cõtradictor appareat alius q̃ ille cuius bona uenduntur ad incantum asserens & prętendens se habere aliquod ius contra dicta bona: quæ uenduntur ad incantum teneatur & debeat dictus contradictor facere citari partem quę facit uendere: ꝙ cõpareat infra quattuor dies incluso die cedulę impetratę/ exceptis feriis supradictis. Qua pręsentatione facta dictę cedulę statim sit suspensa uenditio. Et aduenięte dicto termino: si comparuerit contradictor nõ audiatur nisi prius pręstet in iudicio sacramentum ꝙ non facit ad instantiam debitoris: uel alterius personę sed pro conseruatione iurium suorũ: & pręstet cautionem cum fideiussoribus/ excepta persona euidenter egena

quę nõ possit inuenire fideiussores: quo casu stetur iuratorie cautioni de soluendo expensas parti: & de soluẽdo libras.xxv.quarum medietas applicetur curię: Altera alteri parti/in casu in quo ductus contradictor non probauerit causam legittimam quare contradixit quo quidem sacramento prędicto & datis fideiussoribus audiatur/ita tamen ꝙ teneatur infra dies.xl.continuos cõnumerandos a die cedulę impetratę super contradictionem inclusiue producere & probare quic quid producere & probare intendit nec ulterius audiatur/exclusis feriis supradictis quę pœna commissa statim exigatur cũ expensis factis/remota omnia alia contradictione & contentione/& statim detur sibi nũtius ad accipiendum de bonis fideiussorum. ¶Adicientes & declarantes ꝙ quando dominę pro iuribus suis/uel alius ad quem dicta iura dominarum spectant contradicunt/uel quando ille ad cuius instantiam fit uenditio & contradicens prętendũt se habere generalem ypothecam & neuter eorũ specialem in bonis illius contra quem fit uenditio ꝙ hiis tribus casibus per iudiciũ ad instãtiam illius qui facit uendi statuatur terminus ad plus.x.dierum ad faciendum discussionem bonorum debitorum per personas ydoneas/per iudiciũ deputandas/qua discussione facta si debitor fuerit soluendo uterq; parti non admittatur contradictio sed uenditio sorciatur effectũ. ¶Si uero non fuerit soluendo ꝙ tunc procedat contradictio in modo & forma superius descripta. ¶Et causam contradictionis teneantur expediuisse & finiuisse infra duos menses continuos/& ulterius contradictor nullatenus audiatur. ¶Et si contingat aliquo casu contradictorẽ appellare uel ponere se in protectione & succũbere in causa appellationis uel protectionis/si fuerit ille conuictus contra quem bona uenduntur soluat libras centũ/ ¶Si uero fuerit alius contradictor soluat libras quinquaginta applicandas ut supra/ ¶Si tamen contradictor appareat alius q̃ ille contra quem bona uenduntur ad incantum qui prętendat se habere ius aliquod in bonis quę uenduntur ad incantum & in causa contradictionis succumbat non tamen puniatur pœna.xxv. librarũ in dicta constitutione contenta dũmodo appareat ipsum iustam causam habuisse contradicendi/& ideo non teneatur quia probabiliter ignorare poterat

iura eius ad cuius petitionem uendebantur / & utrum sua iura prȩferrentur iuribus eius ad cuius petitionem bona uendūtur & habeat locū etiam in pendentibus causis & quȩstionibus.

De hiis qui contradicunt uenditionibus ad incantū bonoꝝ per eos ex conuentione obligatoꝝ. Rubrica.C.III.

Contradicēs uenditioni pignoris seu rei per ipsum pignoratæ seu ypothechatæ quæ fit ad incantum ex pacto uel conuentione non pro executione sententiaꝝ / si in causa succubuerit cadat in pœnam.xxv.librarum / quarum medietas applicetur parti alia medietas curiȩ: & teneatur iurare & securitatem prȩstare sicut continetur in constitutione prȩcedenti. & si alius extraneus contradixerint seruentur in omnibus ea quȩ dicta sunt supra in proxima constitutione.

De relationibus per prȩcones faciēdis. Rub.CIIII.

Relationes pignorum uenditorum cedularum prȩsentatarum / spāgarum affixarum / mandatorum / & aliorum quoruncunq; / quorum occasione sunt faciendæ relationes per prȩcones: fiant infra.lx.dies a die pignorum uenditorum cedularum prȩsentatarum / spangarum affixarum / uel aliorum quorūlibet mandatorum factoꝝ. Si uero infra dictum tempus dictȩ relationes factȩ non fuerint per prȩcones: ulterius non audiantur nec fides adhibeatur / nisi probato legittimo impedimento / q; si allegetur utrum fuerit legitimum per sentētiam diri matur. Prȩcones uero infra prȩfatum terminum.lx.dierum requisiti teneantur dictas relationes facere cum competenti solutione / qui si neglexerint cadat in pœnā quadraginta solidoꝝ curiæ applicandoꝝ. Et habeat locum etiam in pendentibus.

De præconibus in suo officio fraudem cōmittētibus. Rub.CV.

Si repertum uel probatum fuerit aliquem præconem commisisse aliquam falsitatē circa ea quæ spectant ad officium

suum ipso iure suo priuetur officio / & nihilominus ponatur ad bir linam ubi retineatur & maneat a mane usq; ad uesperas. Si uero preco aliquis commiserit aliquam fraudem uel dolū super hiis quæ ad suum officium spectant cadat in pœnā medię marchæ solidorum curię applicandorum / & in maiorem & minorē pœnam prout qualitas sui excessus per sententiam dirimetur.

De alienantibus rem duobus uel pluribus. Rub.C.VI.

VT malignantibus obuietur statuimus q; siquis alienauerit uel obligauerit specialiter & expresse aliqua sua bona imobilia/uel res mobiles duobus uel pluribus diuisim/de prima alienatione uel obligatione mentione non facta / pro tali alienatione rei immobilis in libris quinquaginta condempnetur. Rei uero mobilis librarū.xxv.pœnam patiatur. Et pro obligatione rei immobilis librarum.xxv.Rei uero mobilis unius marchæ pœna mulctetur /& ulterius personaliter detineatur donec pœnam satisfecerit tā primis quā secūdis secū contraherētibus.

De perscriptionibus. Rubrica.C.VII.

NE rerum uel iuriū dominia in incerto tramite prolabentur statuimus q; siquis steterit per.xx. annorum spaciū continuo; q; nō petierit in iudicio aliquo tempore sibi debitum purum uel purificatū / seu super dicto debito cum debitore infra dictū tēpus nō cōpromiserit / siue per cedulā debitū continentem eūdem debitorem tum iudicis licentia ad solutionem faciendam cum nuntio publico impetrato non requisierit/quo casu unica citatio sufficiat: ipso iure ab omni obligatione si qua aderat intelligatur esse priuatus: nec per uiam agendi/ uel excipiēdi quo ad obligationem personalem uel ius ypothecharie actionis sibi possit esse consultum. Ita tamē q; principali debitori instante creditore deferri debeat iuramentū an re uera sit uerus debitor in totum uel in aliqua parte & si confessus fuerit/eius confessio/non obstante/perscriptione/sorciatur effectum. Preterea si qs pacifice & quiete sine interruptione legitima per

dictum tempus continuum tenuerit: & possederit per se uel aliū eius nomine aliqua bona immobilia/seu ius aliquod in corporeū quasi possederit pacifice ut supra/censeatur dictoū bonoꝝ & iu/rium uerus dominus & possessor/& ipsa bona & iura cōtra quā/cunqꝫ personam legitimę prescripsisse. Saluo qꝫ pupillis/furio/sis/mentecaptis/& aliis minoribus quattuordecim ānis ipso iure nulla temporis prescriptio currat toto tempore dictæ minoris ætatis/furoris/ac dementię. Et nisi maiore parte tēporis dicto/rum.xx.annorum ille/contra quem prescriptio opponitur extra patriam foriiulii extitisse cōstiterit: quo casu totum tempus talis absentiæ in complenda prescriptione de medio subducatur. Si uero per spacium. xx. annorū extra patriam continue credito/rem abesse contingerit tunc isto casu triginta annorum prescri/ptio etiā talis absentiæ tempore computato effectualiter ualeat induci/si nullo modo extiterit interrupta. A premissis autē ex/cipiuntur contractus ueri depositi / dotium / morgincapiorum/ dismontadurarū: & contrapactoꝝ: in quibus & similiter contra cōmunitatum & ecclesiaꝝ iura hęc cōstitutio nullatenus exten/datur. Declarantes prescriptionem super iuribus in corporali/bus tunc inchoari cū de scientia & patientia partis aduersę con/stiterit cōtra quam prescriptio allegatur. In prescriptione uero rerū corporalium prędictarum, scientiam eius cōtra quem pre/scribitur probādi onus nullatenus requiratur. Superius tamē dispositis in suo robore duraturis.

De hiis quibus alienatio est interdicta. Rubrica.C.VIII.

VT iuniorum fragilitatibus obuietur. statuimus qꝫ nullus in pria uel auita potestate suppositus in domo superioris sui habitans/seu frater minor uel nepos qui per maiorem fratrem patruum uel auunculū gubernatur: & generaliter nullus inferior in domo habitans habens alium maiorem seu domum gurbernantem possit aliquid alienare: uel obligare sine consensu paterno uel auito seu illius maioris in domo qui eum gubernat. Et si quis obligationem aliquam a premissis personis prohibi/tis receperit absqꝫ prędictoꝝ maiorum consensu ipso iure quod

gessit nullus sit momenti & alienata uel pignorata restituere cõ/pellatur/ nulla recipiẽti satisfactiõe resarcita/ Nisi a talibus alie/nationes uel obligationes facientibus negocia domus simul uel cõiunctim equaliter gubernentur agendo & administrãdo pro/ut quilibet paterfamilias facere consueuit. Alienationes tamen uel obligationes p̃ premissas prohibitas personas celebratæ usq; ad summam.xxv.librarũ seu ualorem ascendentes an efficaciam aliquam habere debeant iudicantis arbitrio relinquatur.

De peruersorum inobedientia. Rubrica.C.IX.

VT quos decorus uirtutis aculeus non excitat/correctionis medicina compescat:hac animaduertenda constitutione statuimus q̃ si quis ex descendentibus puta filius/uel ne/pos in tanta proteruitate fuerit erectus q̃ mãdatis licitis patris/uel aui:aut pro aui nolit nullatenus obedire:malis cõuersationi/bus & prauis operibus insistendo pudorẽ & tristiciã dictis eius superioribus inferendo:ita q̃ per uicinorũ famam publicam/& opinionem notorium reputetur/ tunc licitum sit cuilibet ascen/denti talem descendentem uituperose uiuentem a se & bonis suis repellere & etiam ab eius domo & cohabitatione excludere ab administratione bonorum suorũ ipsum compescendo: ita & ta/liter q̃ ipse descendens iniquus non possit in bonis ipsorum nra/iorũ immiscere uel aliqualiter se ingerere/ Et ab omni alimen/torũ prouisione ac uictus & uestitus subuentione penitus sit im/munis:& insuper querelam nullitatem/ aut aliud remedium re/scindens contra testamenta parentum tales descendẽtes/ iniqui institutionis aut aliud quoquo relicti titulo/nil habentes/non ua/leant alegare/sed sit eis testãtibus libera facultas attributa in ip/sorum elogiis/talibus impiis nihil relinquendi:q̃ si ultra premis/sa in personam patris/ matris/aui / uel proaui aliquam iniuriam inferre presumpserit / seu etiã bona sua iniquitate & supbia sua/dentibus inuadere occupare uel auferre. Tũc iudici per passos iniuriam facta notitia impius / etiam pecunialiter aut si soluere non posset maiori pœna & carceribus mancipetur/ Et preterea iudex si de premissis per duos bonos uiros:qui in secreto teneant/

tur fuerit sibi facta noticia/possit contra talem filiū uel nopotem procedere eam pœnam pecuniariam uel grauiorem inferendo/ quę iuxta talia demerita uidebitur infligenda.

De alienatione minoribus.xx.annis interdita. Rub.C.X.

FRagilitati inconsultæ minorum prouidere cupientes/ sta/ tuimus q̄ nullus masculus uel mulier minor annis.xx.cu/ ratore carens / & bona sua administrans sui iuris alienare ualeat uel obligare aliqua bona/uel iura sua immobilia sine ex/ pręsso consensu duorum ex proximioribus suis masculus maio/ ribus annis.xxv.quibus non extantibus/aut extantibus:sed mi/ nores tales non diligentibus secundum famam aliorum attinen/ tium dictorum minorum/tunc per iudicium eligantur duo no/ tabiles uiri/ qui conditionem paternam minorum / seu ipsorum minorum notam habere possint/qui tales proximiores/ uel boni uiri electi insimul cum ipsis minoribus uidelicet nobiles maiores & aliæ personę non subiectę alteri iudicio:coram domino locū/ tenente uel eius uicario alię uero personæ sub iudicio loci in quo resident ire teneantur/ Sicq; coram dictis iudicibus inquiren/ tibus de causa alienationis/dicta alienatio seu obligatio si reper/ ta fuerit necessaria aut expedire tūc fieri possint cum consensu: dictorum proximorum & iudicis decreto/quæ locum habeant etiam quando tractatur de liberatione fienda per ipsos minores tutoribus aut curatoribus eorū/ aut si uelint facere finem & re/ missionē alicui alteri personę./ Alienatio aūt:obligatio:liberatio finis uel remissio facta:pręmissa forma nō adhibita:nullius sit ro/ boris:& ipso iure nulla censeatur/ nec iuramento firmari possit: quod si interuenerit pręsumatur dolo & cōtra bonos mores ex/ tortū/ Et teneatur ille in quem translatio iurium : uel bonorum facta fuerit:contra prędictam formam: ea restituere minoribus: sine restitutione pecuniæ uel alterius rei: p minores fiendæ./ In/ hibemus quoq; notariis quibuscunq;: q̄ sub pœna.xxv. librarū iudici coram quo pręmissa fieri debeant applicandarum:instru/ menta contra pręmissam formam facere non pręsumant.

De fratre uel maiore domus nõ ualente alienare in præiudicium minorum. Rubrica.C.XI.

CONstituimus q̃ maior frater siue administrator domus in dampnum/& preiudicium minorum fratrũ seu aliorũ minorum quorũ interesse põt:nõ possit alienare uel obligare aliqua bona uel iura immobilia quæ sint cõia/ saluo q̃ pro euidenti utilitate seu urgente necessitate: conuocatis duobus ex proximioribus seu duobus ydoneis uiris iuxta formam præcedentis cõstitutionis iudicii interuenienti decreto:possit talis alienatio uel obligatio fieri causa cognita. /De bonis tamen mobilibus & pensionibus cõmunibus seu redditibus possit maior administrare & bona fide facere pro necessitate & utilitate cõmuni. /Sed si euidentissime appareret fore expediens ipsis minoribus facere diuisionem bonorum cõmunium cũ maioribus:aut quia maiores minus discrete & non utiliter administrarent: tunc per quẽcunq;facta notificatione iudicio loci cõpellatur ipse maior ad faciendum diuisionem omnium bonorum & iurium cõmunium cũ ipsis minoribus: ita q̃ de cætero ipsi maiores circa administrationem minorum se non habeant impedire: & præmissa etiam ex proprio officio iudicis in secretis informato ualeant expediri pro fauore minorum.

De fratribus seorsum habitantibus. Rubrica.C.XII.

STatuimus q̃ ex sola fraternitate fratrũ etiam utrinq; coniunctorum non simul sed separatim habitantium patre eorum uiuente siue defuncto/ non censeatur tacite contracta societas/& q̃ aliqui eorum heredes propter solam fraternitatem non teneantur ad diuisionem eorum quæ sic seperatim habitantes quolibet modo & loco acquisierint/ Exceptis bonis paternis: in communione retentis:quæ diuidi possint inter eos.

De fideiussoribus. Rubrica.C.XIII.

IVris eqtate suadẽte statuimus q̃ principalis debitor priusquam fideiussor simpliciter acceptus:a creditore debeat cõ/

ueniri faciendo executionem primo de bonis mobilibus secūdo de immobilibus secundū formam iuris & si de bonis ipsius principalis non reperiatur tantū q̄ possit integraliter satisfieri creditori/saluū ius eidem remaneat contra fideiussorem qui fideiussor absolutus non intelligatur ex eo q̄ creditor cōuenerit principalem seu partem solutionis acceperit / non requisito fideiussore & si creditor uoluerit artare fideiussorem ad soluendū / dictus creditor/post lapsum primi termini assignati principali/denunciari faciat per cedulam ipsis fideiussoribus seu fideiussori/qualiter dictus creditor contra principalem agit pro debito in quo ipsi fideiussores extant obligati reqrendo eos ut ueniant ad opponendum & producendum omnes suas defensiones quibus uti & se tueri possunt. Ad quas proponendas & probandas admittantur quandocūq̄ antequam principalis debitor sit cōuictus: & etiam post usq̄ ad decem dies/si iudici uidebitur fore consonū rationi: post quam conuictionem seu lapsum dictorum decem dierum nullatenus audiātur fideiussores ad oppositas exceptiones probandas. & conuicto principali debitore/fieri possit executio cōtra fideiussores sine nouo processu dū tamen primo fiat executio contra bona mobilia & immobilia principalis debitoris/ quibus deficientibus iuxta quantitatem deficientē fiat executio in bonis fideiussorum. Si uero fideiussor seu fideiussores ostenderint seu ostendere uoluerint de bonis principalis debitoris/hoc facere possint. Cum hoc q̄ si apparerent contradictores dictorum bonorum demonstratorū dicti fideiussores seu fideiussor teneatur & debeat suis expēsis expedire talia demōstrata infra spaciū .xx. dierum continuorum peremptorie/ & tali modo q̄ creditor ipsa bona demonstrata possit facere uendi ad incantum quibus expeditis super ipsis creditor recursum habeat. & ipso termino .xx. dierum elapso: & dictis bonis non demonstratis expeditis fieri possit executio in fideiussoris bonis/nulla exceptiōe obstāte ex cepta exceptione solutionis/qua opposita/interim tamen nō impediatur executio sentētiæ usq̄ quo dicta exceptio fuerit iustificata. Declarantes q̄ prēmissa uendicent sibi locum nisi fideiussor aliquo ex tribus modis infrascriptis se obligauerit/uidelicet obligādo se insolidum uti reum cum principali debitore uel re/

nūciando beneficio iuris dicentis debitorem principalem debere primitus conueniri: q̄ fideiussorem/ uel cōstituendo se fideiussorem principalem debitorem/ in quibus casibus licitum sit creditori conuenire: quem ex ipsis uoluerit/ non obstante ꝙ fideiussor talis uelit assignare de bonis principalis debitoris expeditis ipsi creditori/ Sed omnino teneatur ipsi creditori integraliter satisfacere/ & pręmissa uendicent sibi locum etiam in casu in quo duo uel plures se obligent simul & insolidum cum pacto ut creditor possit se tenere ad quem uoluerit/ Exceptatis ab omnibus pręmissis debitis dotalibus in quibus procedatur secundū continentias constitutionum æditarum super hiis.

Exceptuatis debitis dotalibus

Qualiter cōsulat᷑ fideiussoribus debita soluētibus. Ru. C. XIIII.

ORdinamus ꝙ quandocunq̄ fideiussores uel fideiussor satisfecerit crediroribus de toto debito/ uel parte ipsius/ /uel alter dampnū uel interesse aliquod occasione fideiussionis in qua sunt obligati substulerint/ tunc dicti fideiussor uel fideiussores habeant/ sine aliqua cesione actionum: per creditorem fienda/ easdem actiones eadem priuilegia / & eosdē fauores/ & eodem modo procedere possit uel possint cōtra principalem debitorem pro quo fuerint obligati & contra eius bona / ac etiam contra possessores bonorum alienatorum/ uel obligatorū per ipsum debitorem post pręstitam fideiussionem debiti de qua agitur/ quas actiones quę priuilegia: & quos fauores: habeat creditor / & quēadmodum procedere poterat contra suum debitorem & eius bona uigore instrumenti debiti & constitutionū loquentiū de fauoribus: & modis procedēdi in fauorē creditoꝝ.

De rata debiti soluti inter fideiussores distribuenda. Ru. C. XV.

QVando reperiuntur plures fideiussores obligati pro eodem debito q constituerint se fideiussores: & principales debitores/ uel qui renūciauerint beneficio iurisdicentis principalem debitorem prius conueniri q̄ fideiussorē: uel qui se obligauerint simul & insolidū / cum pacto ꝙ creditor

se tenere possit ad quem uoluerit: & unus fideiussor cõuentus in solidũ satisfecerit creditori: uel contra eius bona fuerit facta executio: tunc ipse fideiussor: qui satisfecerit insolidũ possit conuenire confideiussores sine aliqua cessione actionum sibi a creditore facta: & agere: & actiones habere cũ illis priuilegiis & fauoribus: & modo procedendi: quibus uti poterat creditor contra principalem debitorẽ & contra alios fideiussores/agendo scilicet pro rata eorũ quemlibet contingente de debito pro quo fideiusserint: de quo ut supra solutio & executio facta fuerit ac etiã pro omnibus dampnis expensis & interesse: quæ passus fuerit occasione fideiussionis prędictę. Et quod supra dictũ est de integra solutione facta per fideiussorem habeat locum etiam in particulari solutione quę excedat ratam ipsum fideiussorem contingentem de debito integrali. Quæ omnia uendicent sibi locum nisi fideiussor receperit satisfactionem eius quod soluerit creditori a debitore principali: uel alio confideiussore: uel alio quocunq; satisfaciente.

De fideiussoribus a fideiussione liberari uolẽtibus. Ru.C.XVI.

ORdinamus q; si quis fideiussor uelit ab obligatiõe fideiussoria liberari: tunc si quidẽ appositus fuerit terminus solutioni debiti pro quo fideiussit/infra illum terminum petere non possit se eximi a fideiussione prędicta/sed lapso ipso termino agere possit/& si obtinuerit executionẽ fieri facere possit tam pro debito q̃ pro expensis contra principalem debitorem & eius bona/sicut posset ipse creditor principalis/Qui creditor principalis teneatur & debeat ac compelli possit per iudicem ad instantiam dicti fideiussoris sub pœnis arbitrariis ad exhibendum instrumentum debiti in iudicio/contra quod audiatur defensio debitoris: sicut si creditor principalis ageret. Si autem nõ fuerit appositus aliquis terminus solutioni debiti principalis & uelit fideiussor ab obligatione fideiussoria liberari: tũc ad eius instãtiam mandetur per iudicem & per cedulam principali debitori q; infra .xxx. dies numerandos a die cedule presentatę ipsum fideiussorem liberet: q; si hoc debitor principalis non fecerit: tunc

ipse fideiussor agere & executionem facere possit contra ipsum debitorem & eius bona/sicut est dictum superius per fideiussorē fieri posse/quando positus est solutioni terminus: & elapsus/ Et predicta uendicent sibi locum in quocunq; obligato/principali/ ter qui posset legitime probare se conseruari debere indempnem ab obligatione predicta.

Quot creditor non possit molestari pro dampno fideiussoris. Rubrica.C.XVII.

ORdinamus q; si ad petitionē alicuius creditoris aliqua bona sint uendita ad incātū quæ bona fuerint designa/ ta per aliquem fideiussorem: uel aliū quemuis designa/ torem seu obligatorem bonorum suorum ad instantiam alterius persone eidem creditori / aut pro executione facta contra bona fideiussoris alicuius seu alterius designatoris & fideiussor uelit sibi de indēpnitate/ prouidere ipse fideiussor possit & debeat fa/ cere cōueniri debitorem pro quo fideiussit & ab eo suum dānū resarciri petat cuius occasione dānū passus est/ nec de cetero ul/ terius molestet creditorem pro pignore uendito siue iuste siue nō dictum pignus fecerit uendi / sed ipse debitor principalis contra quem bona fideiussoris sunt uendita habeat regressū contra cre/ ditorem/si credat sua aliqualiter interesse/ut q; forsitan dicat non iuste nec rationabiliter dictum pignus fore uenditum.

De ultimis bonorum possessoribus. Rubrica.C.XVIII.

SI quis agat contra aliquem possessorem bonorum eius de/ bitoris/quem agens asserat sibi obligatū / & ille contra quē agitur nominauerit aliquem alium ad quem dicat de bonis ipsius debitoris: post eum deuenisse / tunc actor faciat citari illū nominatum semel personaliter uel bina citatione ad domum ibi cedula dimissa & ad certam diem/ ad quam etiam statui faciat terminum primo citato/& tūc facta fide de termino/illis ambo/ bus possessoribus presentibus & confitentibus se fore possessores bonorum acquisitor; ab eo quem creditor asserit sibi obligatum/

limitetur terminus.xv. dierũ ad plus continuorum infra quem producant & ostendant titulos acquisitionum / cum talibus declarationibus per quas apparere possit quis eorũ sit ultimus possessor. Si uero in termino statuto ãbo forent contumaces, tunc absentibus illis per cedulã ad domum unius cuiusq; dimissam/ per iudicem fiat preceptum q̄ usq; ad dies.x.titulos & iura sua producant ex quibus apparere possit quis eorum fuerit ultimus acquisitor. Et similiter si alter tantum abesset a iudicio eidem denuncietur ut supra. Et si in dictis dilationibus apparuerit quis fuerit ultimus acquisitor/tunc contra ipsum creditor primo procedere teneatur. Vbi uero infra dictũ tempus nulla declaratio facta fuerit quis fuerit ultimus acquisitor/ aut si talis nominatus citatus negauerit : & non sit interim cõuictus per nominantem/ electionem habeat creditor agẽdi contra quem eorum uoluerit. Reseruata etiam facultate dictis possessoribus infra cõpetentes dilationes assignatas disputãdi inter se in iudicio quis eorum fuerit primus uel ultimus acquisitor. & si nominans ante executionem factam contra ipsum obtinuerit contra nominatum uel nominatos. tũc solutis omnibus expensis per nominantem creditori/teneatur creditor sine nouo processu : executionem facere contra nominatum conuictum qui non appellauit uel in appellatione succubuit. Qui nominatus conuictus in expensis legitimis comdempnetur. & talis oppositio q̄ alius sit ultimus possessor opponi possit in quacunq; parte litis.

De dotibus & iuribus dominarum. Rubrica.C.XIX.

Constituimus q̄ quando aliqua mulier / uel eius maritus pro ea/ aut eius procurator/seu maritus alicuius proprio nomine petierit aliquid sibi ꝓmissum nomine dotis / aut pro fulcimentis/uestibus/ seu ornamentis domine / tunc in dicta causa procedatur summarie/breuiter/simpliciter/& de plão/ sine strepitu & figura iudicii/hac forma uidelicet q̄ si reus citatus personaliter in primo termino non comparuerit/ uel bina uice citatus ad domum / in casu quo prima uice non fuerit personaliter inuentus non comparuerit / & actor fidem faciat ibi de eo quod

petit / q̄ statim dentur sibi nuntii ad accipiendum de bonis rei. ℣ Si uero actor ibidem non probauerit tunc adhuc habeat nuncios ad accipiendum de bonis rei quandocunq; fecerit fidem de eo quod petit/& termino/ ℣ Quod si reus cōparuerit in iudicio anteq̄ actor fecerit fidem de eo quod petit uolēs irritare quod factum est in eius contumacia teneatur facere citari actorē ad breuem terminum/in quo termino si actor non comparuerit sit cassum & uanum quicquid in cōtumacia rei factum erat/ ℣ Et si cōparuerit in dicto termino & fidem fecerit de eo quod petitū est firma maneat sententia in absentia rei lata/ & ipse reus audiatur ad defensionem contra intentionem actoris/& copiam omnium iurium productorum per actorem ualeat obtinere ad spacium trium dierum continuorum/ infra quem terminum & in dicto termino opponere ualeat quicqd uult opponere contra prędicta iura actoris/ ℣ Si uero in primo termino actor, & reus cōparuerit procedatur summarie & q̄ breuius fieri potest / cum hoc q̄ si reus aliquam opposuerit exceptionem contra iura per actorem producta & exceptionem non probauerit cadat in pœnā unius marchæ pro qualibet exceptione proposita & admissa & super ea dato termino ad probandum & non probata / applicandam actori/ ℣ Et nihilominus soluat expensas factas in lite/ ℣ Et habeat locum etiam in iam constitutis dotibus seu iuribus.

De dote soluto matrimonio repetenda. Rub.C.XX

COnstituimus & ordinamus q̄ ubi emerserit casus dotis repetendæ uel aliorum iurium dominarum/scilicet morgincapii dismontadurarum/& contrapactorum & aliorū quorumcunq; ob matrimonium obuenientium repetendorum/ uel p̄uxorem eius mortuo marito uel per alios quibus dotis restitutio est facienda uxore defuncta/ ℣ Tunc si uxor reppetit marito defuncto aut ab heredibus mariti defuncti/aut a fideiussoribus qui interceſſerint pro dote restituenda & aliis iuribus persoluēdis quę fideiussio ualere debeat. Et si quidem ab heredibus defuncti/ tunc ipsis heredibus citatis legitimæ / & intelligantur omnes legitimę citati siue personaliter inuēti fuerint prima uice/

siue non inuenti personaliter dum tamen ad domum bina uice citati fuerint/ & eis comparentibus uel contumaciter absentibus siquidem agens fidem faciat per publicū instrumentū / uel testes ydoneos/uel alias legitimę de solutione dotis facta parte mariti & aliis iuribus sibi debitis/ tunc reo contumaciter absente detur & dari debeat ipsi agenti nuncius ad accipiendū de bonis ipsorum heredū usq; ad integram satisfactionem & solutionem dictæ dotis & omnium iurium prędictorum cum dampnis & expēsis/nec ulterius audiatur reus nisi uellet probare restitutionem iam factam de dicta dote & aliis iuribus quā facere seu probare teneatur infra.xv.dies continuos/ Si autem cōparuerit reus citatus tūc decreta copia instrumenti prędicti statuatur terminus reo petenti decem dierum continuorum ad opponendum & probandum quicquid opponere & probare uoluerit / nec opponere possit aliquam exceptionem nisi falsitatis uel restitutionis eius quod petitum fuerit:seu partis/ Quo termino transacto proceda/tur & puniatur secundū formā constitutionis precedentis quando petuntur dotes/ Si autem mulier aut alia persona cui ueniat dotis restitutio:& solutio aliorum iurium: faciēda ellegerit fideiussores cōueniēdos pro restitutione dictę dotis & iurium quos conuenire & citare possit ut supra : etiam omissio principali & bonis eius/ Tūc procedatur modo & forma supascripta/quando agitur cōtra heredes defuncti/nec audiantur fideiussores uolētes designare de bonis principalis scilicet mariti ipsius mulieris uel eius heredum / nisi ipsi fideiussores designauerint & insolidū dederint mulieri tantum de bonis mariti eius uel eius heredum expeditis & per heredes mariti possessis q̄tū fuerit illud quo fideiussores conuicti apparuerint obligati. Et nihilominus se obligent ad manutenendum eidem mulieri dicta bona/ Sed si aliquis appareret : qui assereret se habere potiora iura super dictis bonis / tunc non intelligantur expedita / sed adhuc conuertat se mulier uel alia persona contra fideiussores & eorum bona / quæ bona fideiussorum uendantur & deliurentur modo proximo supascripto/ Et tunc fideiussores cum de suo soluerint uel se manutentores constituerint/habeant talia iura contra bona principalis qualia habeat prædicta domina/ etiā nulla cessione facta

si & fideiussores

eum omnibus fauoribus & priuilegiis quæ & qui dominę com/petere potuissent. Hoc addito q̄ nō teneantur dicti principales & fideiussores dotē soluerę nisi dña prius præstet ydoneā fide/iussionem ipsis dotem soluentibus: & recipiētibus uice & nomine omniū quoꝝ interesse poterit in futurꝝ de dote cōseruanda & re/stituenda illis ad quos restitutio pertinebit post mortem ipsius dominę quā fideiussionem si dare non posset / tunc de dicta dote emantur tot bona īmobilia quę pro dicta fideiussione sint obli/gata/uel aliter prouideatur sufficienter coram iudice autorante & super hoc decernente q̄ soluentes sint securi a damno quod eis posset incurrere / habita consideratione per iudicem q̄ domi/na quæ forsitan fideiussorem non inueniret non reperiatur pri/uari ex hac causa quodāmodo cōmodo dotis suę/& habeat locū in pendentibus etiam & dotibus constitutis.

De alimentis uxoribus uiduis prę̄stādis. Ru.C.XXI.

ORdinamus q̄ si aliquis tenetur ad restitutionē alicuius dotis si uelit retinere dotem in se usq̄ ad annum & diem a die soluti matrimonii ut moris est/tūc possit hoc facere sed teneatur dare de prę̄senti dictę dominæ alimenta per totum annum. Si uero noluerit sibi dare alimēta/uel domina noluerit ab eo recipere/tunc teneatur sibi dare quindecim pro centenario pro primo anno tātum/quo elapso si debitor dotem per eam pe/titam restituere recusauerit uel non potuerit / teneatur loco ali/mentorum quolibet anno dare dominæ tantū decem pro cente/nario/& nihilominus ipsa domina si uoluerit elapso primo anno dotem repetere possit / & quo casu alimenta præstari debent ibi præstentur ubi iudici uidebitur considerata honestate & condi/tione mulieris.

In quibus bonis fieri debeat dotis restitutio. Rub.C.XXII.

STatuimus q̄ si dos fuerit cōstituta i pecūia & pecunia fuerit soluta / uel aliqua bona exstimata fuerint data in solutum parti mariti pro dicta pecunia promissa / tūc in casu dotis

restituendæ fiat restitutio dotem repetenti in pecunia tantum. ℣ Si uero fuerit ab initio dos cõstituta in fundo dotali ille fundus ueniat in restitutionem statim mortuo uiro. ℣ Si autẽ dos fuerit constituta in pecunia ut supra dictum est: & pecunia non fuerit soluta: sed aliqua bona imobilia exstimata uel inexstimata fuerint designata coniugibus sub pacto restitutionis dictorum bonorum quandocunq; pecunia pro dote promissa fuerit soluta. ℣ Tũc si interim anteq̃ bona redimantur maritus decesserit & extet uxor quæ uelit dotem repetere teneantur & debeant heredes mariti dotem restituere in pecunia tantum. ℣ Si autem mortua uxore alius ad quem spectaret dotis restitutio seu repetitio petat sibi dotem restitui: tunc illa bona: quæ sunt designata ueniant ad restitutionem tantum. Et habeat locum etiam in iam constitutis dotibus.

De diuisione fructuũ dotis soluto matrimonio. Ru.C.XXIII.

SI dotis restituendæ casus emerserit anteq̃ fructus ex fundo dotali percipiantur illius anni in quo dissolutum est matrimonium ℣ tunc si contentio esset super fructibus qui sunt percipiendi in illo anno talis modus seruetur ℣ q̃ pro quãto tempore illius anni quo uir sustinuit onera matrimonii pro tãto fructus prouenientes ex illis bonis percipiant illi qui sunt obligati ad restituendũ dotem seu bona.

De forma in alienationem iurium dotaliũ seruanda & q̃ summarie cognoscatur. Rubrica.C.XXIIII.

MVlierum indempnitatibus quibus propter sexus debilitatẽ & fragilitatem consilii fauor debet exhiberi/consulẽtes inuiolabiliter decernimus & declaramus q̃ maritus: uel uxor: uel alia aliqua persona dotes uel res pro dotibus datas uel iuribus dotalibus obligatas non alienent: aut obligationi uel alienationi consentiant in p̃iudicium uxoris constante matrimonio ℣ nisi infrascripta solempnitate & forma seruata: uidelicet q̃ coram iudicio ordinario intelligente & autorante

aduocatis duobus uel tribus ex proximioribus mulieris ydoneis & prudentibus maſculis maioribus.xxv.annis: aut eis deficien/ tibus duobus aliis ydoneis uiris per iudicem & matura delibe/ ratione ſurrogatis:pręſente marito & uxore perſonaliter allegęt cā alienationis uel obligationis fiēdæ:& ſi p dictos proximiores uel alios ſurrogatos p ſacramentū firmatum fuerit talem alie/ nationē uel obligationē fieri oportere propter cauſam illā eui/ denter utilem ſeu neceſſariam/ uolūtate dictæ uxoris in pręmiſ/ ſis in ſecretis audita prius per iudicem. Tunc ſi iudex illam cau/ ſam legitimam approbauerit alienationi tali uel obligationi fiē/ dæ ſuam auctoritatem & decretū interponat. Aliter autem alie/ natio uel obligatio pręmiſſa ſolempnitate non adhibita facta/ quātūcunq; uxoris conſenſus cum iuramento interuenerit/nul/ lius ſit efficacię roboris uel mouēti/ & ipſo iure nō ualeat in pręiudicium uxoris & pręſummatur tale iuramentum per uxorem præſtitum dolo uel metu ~~exortum~~ extorſum ac contra bonos mores & ob mariti reuerentiam uel timorem interueniſſe. Et idem obſerue/ tur & pręmiſſa intelligantur repetita ſi mulier uel uxor cōſenſe/ rit alienationi uel obligationi bonorū mariti ſui/ uel conſenſum per ſe uel per alium marito alienanti uel obliganti bona uxoris pręſtiterit ſub aliqua obligatione uel promiſſione pœnali / ut ſic omnia facta in præiudicium uxoris non ualeant/ nec uxoris iu/ ramento firmentur quod pręſtitum per dolum metum uel ma/ riti reuerentiam uel timorem & contra bonos mores fore intel/ ligatur ut ſuperius eſt expręſſum. Adiciētes q; ſuper dictis do/ tibus & aliis iuribus mulierum exigendis & recuperandis/ac ſu/ per dependentibus & connexis procedatur ſummarie breuiter ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii. Inſuper in/ hibemus notariis quibuſcunq; q; non ſeruata forma prædicta/ inſtrumenta non conficiant ſuper pręmiſſis/ſub pœnam.xxv.li/ brarū curię applicandaꝝ pro quaq; uice qua cōtrafecerint.

De ueſtimētis & aliis ornamentis dñaꝝ & cęteris q̄ ſecū por/ tant ad maritū uel donatis tpe nuptiaꝝ. Rub.C.XXV.

ORdinamus q; mortuo uiro ueſtes:pręparamenta: orna/ mēta:clanodia;biliſia iocalia:& cætera alia bona mobi/

lia per ipsam dominam ad domum mariti portata / uel eius nomine/ ac etiam omnia eidem dominæ donata tempore nuptiarũ ante uel post per quamcunq; personam / seu donata eidem per maritum suum seu empta uel deputata ad usum seu ornamentum ipsius dominæ / libere & expedite sine aliquo impedimento dimittantur relaxentur & restituantur eidem dominæ si extant. Et intelligantur extare etiam si dicta bona fuerint per maritũ pignorata/ Et si non extant tunc non teneantur heredes mariti uel eorum bona ad emendationem aliquã rerũ non extantiũ.

De bonis uxoris portatis ad domum mariti & quando testari possit. Rubrica.C.XXVI.

Constituimus q; si qua mulier uoluerit testamentum condere uel codicillos /possit & ualeat libere testamẽtum uel aliam quãcunq; ultimam uoluntatem condere/ non obstante aliqua contradictione mariti super dote sua secundũ constitutiones patriæ/& hoc quãdo se dotauit de bonis suis ad ipsam pertinentibus. Possit etiam testari & codicillari & causa mortis donare de omnibus aliis suis bonis aduenticiis uel undecunq; eidem obuenientibus/ Exceptis rebus sibi datis per maritum post nuptias & non contemplatione nuptiarũ/de quibus nullo modo possit testari nisi ut infra. Item super morgincapio & dismontaduris. Itẽ super omnibus rebus suis quas secum portauit ad maritũ & de aliis sibi donatis a marito & ab alio quocũq;:tempore nuptiarũ uel post:contemplatione nuptiarum testari codicillari & causa mortis donare ualeat/ dictaq; ultima uolũtas ualeat & habeat roboris firmitatem etiam si sit in potestate patris/ aui uel proaui paterni & licet nõ fuerit emãcipata. Super dote autem sibi constituta per parẽtes/fratres/ cõsanguineos/uel alios ad quos secundum constitutiones uel ex pacto dicta dos uenerit restituenda nõ possit nec ualeat domina testari:nec aliquam dispositionem facere/nisi a persona quæ ipsam dominam de ipsius dotãtis propriis bonis dotauerit dicta dos fuerit legata uel aliter in testamẽto relicta/ uel inter uiuos data quo casu nõ extãtibus liberis dictæ dominæ uel ex eis descendentibus ualeat ad libitum

excepta dos legata ut ali[illegible] in testamento relicta

et legan[illegible] filiabus [illegible] rub. 133

de restitutione [illegible] rub. 131

de dicta dote disponere & eis uero extantibus possit disponere prout a constitutionibus est prouisum. ℣ Super uestibus autem/ iocalibus/clanodiis prę paramentis/ornamẽtis & aliis bonis qui/ buscunq; donatis uxori uel emptis/seu paratis ad ornamentum uxoris per maritum post tempus nuptiarum non ualeat testari nisi cum consensu mariti. ℣ Si autem dicta domina decesserit ab intestato uel sine alia ultima uoluntate omnia per dictam do/ minam portata ad maritum uel sibi donata per maritũ: uel aliũ quemcũq; tempore nuptiarum uel post contemplationẽ nuptia/ rum uel post tempus nuptiarũ per ipsum maritum / remaneant pœnes filios suos masculos:& sua sint/si habet filios/& si non ha/ beat filios remaneant pœnes maritum & sua sint/ excepta dote/ de qua secundum constitutiones patriæ terminetur / & exceptis aliis suis bonis aduenticiis mobilibus & immobilibus/ morgin/ capiis / & de sensuris in quibus debent succedere proximiores. ℣ Ita tamẽ q; maritus teneatur sibi facere sepulturã & alia fune/ neralia suis sumptibus & expensis. ℣ Adicientes q; dicta bona uxoris ab intestato defunctæ tunc demum marito remaneant quando uxor fuit ad domum mariti traducta.

De acquisitis per dominam maritatam præsumendis de bonis mariti. Rubrica.C.XXVII.

OMnia acquisita p dominã maritatã traductã ad domũ uiri constante matrimonio intelligantur & censeantur acquisita de & ex bonis uiri/& ad domũ ipsius uiri perti neant/nisi euidentissime probentur illa bona aliũde acquisita.

Quibus creditoribus mulieres ratione dotis suæ præfe/ rantur. Rubrica.C.XXVIII.

COnstituimus q; pro dotibus cõstitutis ante matrimoniũ/ uel tempore contracti matrimonii / qñcũq; imminebit casus exigende/restituẽde/aut sequestrande dotis/mulie/ res dotate seu alii dotes repetens occasione dotis in bonis princi/ palis qui dotem cõfessus fuerit se habuisse & in bonis fideiussorũ

obligatoꝝ ad dotem restituendam cæteris aliis omnibus credi-
toribus præferātur/ etiam si sint illi tempore anteriores & ypo-
thechas priores uideant̄ habere. ¶ Exceptis aliis creditoribus qui
haberēt aliqua bona prędictarum personarū principaliter & fi-
deiussorio nomine ad restitutionem alterius dotis obligata: quo
casu priores tempore potiores in iure censeantur esse.

Quot repetentes dotem pręferantur repetentibus morgincapia & alia iura. Rubrica. C. XXVIIII.

ORdinamus ꝙ si casus emerserit ꝙ dotes repetātur/ morgincapia & dismontaduræ per easdem personas / uel diuersas contra bona & super bonis mariti uel fideiussorū ꝙ super prędictis primo fiat solutio dotis & contrapactorum/ & postea si bona supsint fiat solutio dismōtaduraꝝ morgincapii.

De pręscriptione dotis petendæ uel repetendę & aliorum iuriū. Rubrica. C. XXX.

ORdinamus ꝙ si persona cui competit ius petendæ dotis promissę uel repetendę: aut ius petēdi morgincapia dismontaduras uel contrapacta supersederit & distulerit dotem & iura p̄dicta petere uel repetere in iudicio p spaciū. xxv. annorum continuorum: numerandorum a tempore quo pręfata persona petere uel repetere potuit dotem uel morgincapia uel dismontaduras uel contrapacta: talis lapsus temporis inducat præscriptionem & ipso iure talis persona priuetur iure petendi & repetendi dotem & iura prędicta. ¶ Saluo ꝙ minoribus. xiiii. annis utriusq; sexus ipso iure nulla talis currat præscrptio toto tempore: quo fuerint in dicta minori ętate. & nisi toto tempore uel maiori parte temporis dictorū. xxv. annorum fuerit absens a pr̄ia foriiulii persona petens uel repetens dotem uel iura prędicta/ quo casu pręscriptio prędicta nō currant/ sed postq̄ reuersa fuerit in patria foriiulii currat dicta pręscriptio contra eam omni tempore computato quo fuerit in patria antedicta.

In prescriptionibus rub. 107 excipiunt ipsa iura
& tutori curatori non currat prescriptio contra minores durante tutela in rub. 135 in fine

De restitutione dotis facienda filio præmortuo matri uel post. Rubrica.C.XXXI.

ORdinamus q̃ filio uel filia decedente in pupillari ętate post obitũ matris / non super stitibus aliis fratre uel fratribus uel sororibus ex eisdem parentibus coniunctis defuncto/dos reuertatur & restituatur ei qui dotauerit uel eius heredibus/ aut illis quibus dotis restitutio est facienda. ¶ Si uero filius maior.xiiii.annis uel filia maior.xii.decesserit post mortem matris. Dos matris censeatur patrimonium ipsius filii uel filiæ: de qua ipse filius uel filia possit testari & disponere secundum eius libitũ uolũtatis: patre mortuo ante filiũ uel filiã. ¶ pater uero superuiuens ipsius dotis habeat usumfructũ. ¶ Sed si filius maior.xiiii.ãnis uel minor: uel filia maior.xii.uel minor decesserint ante matrẽ tunc dos reuertatur ad proximiores uel alios quibus dotis restitutio est facienda de iure: & idem seruetur in dotibus auię uel pro auię & cęterarũ ascendentium. ¶ salua tamen dispositione duarum constitutionum infra proxime sequentium. ¶ & cõstitutiõis de successionibus abintestato quibus in casibus suis non intelligatur aliquo modo derogatum.

De filiabus & aliis descendentibus femini sexus in testamento pręteritis. Rubrica.C.XXXII.

VT hereditates secundũ defunctoꝝ uoluntates in masculis domus conseruentur. Ordinamus q̃ siquis debite cõdito testamento decesserit relictis superstitibus filiis masculis/ uel relictis aliis descendentibus masculis ex linea masculina defuncti/ seu relictis ascendentibus masculis/ uel relictis ipsius defuncti fratribus masculis/uel fratrum defunctorũ filiis masculis: & aliquo seu aliqbus ex prędictis masculis instituto uel institutis heredibus tunc filiæ personę defunctę: & neptes & aliæ feminini sexus descẽdentes quæ nõ fuerint heredes institutę ab hereditate defuncte personę repellantur etiam si non fecerint finẽ & remissionẽ de hereditate ipsius defuncti. ¶ Ita tamẽ q̃ si dictę filię uel neptes aut alię feminini sexus descendẽtes/ quas persona defun/

M

cta alimentare dotare & nuptialibus fulcimentis fulcire tenebatur/maritatę & dotatę non sunt/uel dotes seu fulcimenta debita soluta non fuerint/tunc per institutos heredes defunctę personę sufficienter & ꝓut iudici uidebitur alantur & alimententur. Et cum sint uel fuerint ętatis nubilis maritentur & dotentur & dotes & fulcimenta debita soluantur ac fulcimentis congruentibus fulciant/secundũ qualitatem & quantitatem hereditatis/ac etiã statum & conditionem maritandarum/& locorum consuetudinem laudabilem. Si uero non extarent prædicti descendentes masculi/seu ex linea masculina personæ defunctę nati uel ascendentes masculi seu fratres aut fratrum filii masculi/tunc saluum sit ius filiabus defunctæ personæ neptibus & cęteris ut supra feminini sexus descendentibus/uidelicet ꝙ si nõ sunt maritatæ/uel non dotatę:& eis non sit in testamento personę defunctę tantum relictũ iure institutionis/uel legati aut fideicommissi ꝙ maritari cõmode ualeant & dotari/tunc ius rumpendi testamentum personę defunctę/si in ipso testamento indebite fuerint pręterite uel ex hereditate/competat. Et ad ipsius personę defunctę hereditatem pro parte eis debita admittantur/aut si minus q̃ debitũ uideatur relictum sit/ut supra dictum est/agere possint illico cum fuerint nubilis ætatis ad supplementum competentis dotis constituendę & fulcimentorum iuxta uires hereditarias etiam nundum matrimonio contracto & illud consequi/& de pręmissis libere quãdocũq; secundum formam iuris cõmunis disponere ad sui beneplacitum. Quo casu nihilominus legata ad pias causas facta in dicto testamento q̃uis rupto persoluantur/& in pręmissis casibus summarie:procedi possit: & quolibet tempore/etiam si dies extiterint feriati.

De legatis filiabus & aliis mulieribus ab hereditate exclusis. Rubrica.C.XXXIII.

ORdinamus ꝙ filiæ neptes & aliæ descendentes feminini sexus/quibus per patrem uel alium ex ascendentibus est aliquid in testamento uel alia ultima uolũtate seu legati uel fidei cõmissi relictum/tali relicto debeant esse contentæ q̃uis

sit minus legitima eis iure naturæ debita. Ita q̃ propterea ipsius defuncti non ualeant rumpere testamentum. dum tamen illud relictum sit tantũ q̃ cum eo congrue maritari & dotari ualeant & fulciri secũdum qualitatem hereditatis ac condictionem maritandarum. quo casu si legatum seu relictum tantum non fuerit agere possint. & teneantur heredes defuncti prestare & tantum ipsi relicto supplere q̃ se ualeãt maritare dotare pariter & fulcire. testamento in ceteris partibus firmo remanente. Declarantes q̃ relicta nomine dotis seu occasione matrimonii intelligantur esse pura & non condictionabilia in casibus supradictis cum ad nubilem mulieres ętatem peruenerint aut in ea sint constituę. & libertatem disponendi habeant secũdum ius commune: prout in prędicti constitutione continetur.

De heredibus cõpellendis alimentare maritare fœminas ratione sexus ab hereditate exclusas. Rubrica. C. XXXIIII.

QVoniam superius per duas constitutiones prędicentes mulieres ratione sexus ad hereditatem nõ admittuntur secundum ius cõmune. Ordinamus q̃ ne heredes matrimonia & dotiũ & prędparamentorum seu fulcimentorũ prestãtiones dolo uel negligentia trahant in longũ & ultra debitũ ad quas tenent. Quot si ipsa mulier fuerit ætatis nubilis ad eius uel alicuius sui attinentis instantiã & requisitionem per iurisdictionem loci ubi residet heres uel domicilium habet. præceptum fiat heredi: quod in scriptis redigatur. q̃ usq̃ ad annum a die prędcepti facti ipsam mulierem debeat maritasse. dotasse. & fulcimentis ut continetur in prędfatis constitutionibus fulciuisse. & nihilominus teneantur interim eam alimentare. & congruum uictum & uestitum præstare q̃ si heres prędicta infra annũ non impleuerit. elapso anno statim infra. xv. dies teneantur & debeãt heredes. & ita per iurisdictionem loci cõpellantur deponere prędnes unum bonum ac fidelem & ydoneum merchatorem per iudicii officiũ eligendũ tantã pecunię quãtitatẽ. cũ qua cõsideratis hereditatis facultatibus dotari decenter: & fulciri ualeat & omne lucrũ ex ea pecunia proueniens sit interim ipsius mulieris mari

tandę ꝙ si infra dictum tempus dictum depositū non fecerit suf/ficienter. Tunc tot de bonis ipsoꝝ heredū seu hereditariis uen/di possint illico ad incātū omni solempnitate remota/ex quibus tantæ pecunię quantitas redigatur. Aut si iudici uidebitur fore utilius mulieri tot de melioribus bonis īmobilibus ipsius heredis uel hereditariis in electione mulieris eidem mulieri insolutū assi/gnentur/& heredes de euictione teneātur/& in casum euictionis se obligare debeant & nihilominus etiā pręfati heredes interim donec mulier maritabitur debeant eam alimentare uestire ac se/cundum eius condictionem & statū honorifice & beniuole per/tractare. Et quia contingere posset ꝙ causa uitādi odia & ini/micitias heredū tam mulier maritāda q̄ attinentes & eius amici circa talia nollent insistere mādamus ꝙ ex mero officio iurisdi/ctionis congruentis etiam nemine instante & petente possit per iudicem instari prouideri & executioni mādari quo ad fauorem mulieris in omnibus & per omnia ut superius est prouisum. Adicientes ꝙ in omnibus casibus in quibus mulieres dotari & fulciri debent per heredes omnia bona hereditaria & etiam alia bona ipsius heredis sint ipso iure obligata & ypothechata dictę mulieri pro dote & fulcimentis & alimentis p̄standis/& ꝙ nulla alienatio dictorum bonorum fieri possit in præiudicium ipsius mulieris. Si tamen heredes hereditatem debite cum beneficio inuentarii acceptarent & illud legitimę cōficerēt/tunc sola bona & iura hereditaria mulieribus super pręmissis tacite intelligātur ypothechata & nō alia bona heredū. Et in pręmissis proceda/tur diebus etiā feriatis & cognoscatur sūmarie simpliciter breui/ter & de plano sine strepitu & figura iudicii & omni iuris solē/pnitate/appellatiōe uel nullitate remota. Nec per mulieres di/spositioni & beneficiis huius constitutionis & ~~duarū~~ pręceden/tium renunciari possit quoquo modo etiam cū iuramento quod contra bonos mores si interuenerit pręstitū pręsummatur.

De tutoribus dandis & curatoribus. Rubrica.C.XXXV.

ORdinamus pro cōmoditate minorū ꝙ si aliqua persona amoris aut pietatis intuitu: seu quia agere intendat cōtra

aliquem pupillum uel pupillam tutore carentem: eidem minori petierit de tutore ydoneo puideri: teneatur & debeat iurisdictionem debitã habens ex debito sui officii requisitus tali minori de tutela ydonea prouidere. Inquirendo scilicet primo de matre & auia nõ maritatis. secũdo de masculis proximioribus talis minoris ex linea paterna si ydonei possunt reperiri quibus deficientibus inquirantur alii magis ydonei per lineam maternam. aut si iudici uidebitur duo ydonei ex utraq; linea tutores deputentur: quibus deficiẽtibus alius extraneus tutelam subire cogatur. Et si quidem nominatus in tutorẽ & ad subeundũ talẽ tutelam citatus personaliter: uel ad domum bis non uenerit infra spacium decem dierum continuorum ad acceptandũ tutelam: uel ad proponendum excusationes. q̃ ulterius non audiatur excusans sed procedatur ad compulsionem contra ipsum ut tutelam suscipiat sub pœna & pœnis multiplicãdis prout iudici uidebitur pignoribus captis & uenditis. Si uero comparuerit & pro uitanda tutela aliquas excusationes proposuerit quę per iudici declarationem sint reiectę: tunc compellatur tutelam subire cum pœna & pœnis prout superius expręssum est. Statuentes insuper q̃ nullus tutor possit agere contra pupillum suum durante tutela: quo casu interim ipsi tutori nulla currat pręscriptio. Nullusq; minor ãnis. xxv. tutor decernatur. Decernimus quoq; q̃ curator uel actor ad lites & causas tantum constitutis non teneantur de aliquo facere inuentariũ/sed tempore constitutionis teneatur iurare utilia minoris facere/& inutilia circa litem prętermittere.

De curatore dando hereditati seu aliis bonis iacentibus. Rubrica. C. XXXVI.

NE hereditates seu bona alia iacentia. Administratoribus iuridicis carentia prolabãtur. Statuimus q̃ si contigerit aliquam hereditatem/seu aliqua alia bona fore iacẽtia / petentibus creditoribus uel aliis quorum interesse põt. dari debeat curator ipsis bonis seu hereditati: ydoneus & sufficiens: qui inuentarium facere teneatur a die suæ creationis. usq; ad. xv. diem publica proclamatione pręmissa in loco solitę habitationis

defuncti/cuius erant bona: uel alterius habētis. Quot si aliquis uult interesse confectioni dicti inuentarii: debeat talibus diebus horis & locis certis interesse ad uidendum dictum inuentarium confici. Et ad allegandum quicquid uolunt super rebus & iuribus in dicto inuentario describendis. Quod inuentariū publicare teneatur coram iudicio infra dictos dies. Et nisi modo & forma prædictis inuentarium confecerit contra eum procedi possint/sicut procedi potest contra tutores secū dū formam constitutionum inuentarium non conficientes. nō. 137.

De inuentariis a tutoribus uel curatoribus conficiendis. Rubrica. C.XXXVII

VTilitati pupillorum & minorū prouidere cupientes præsenti constitutione decernimus. ꝙ quicunq; datus fuerit. Tutor in testamento si præsens fuerit testamento & non contradixerit censeatur statim post mortem defunctæ personæ tutelam acceptasse & eam subire cogatur nisi post testamentum nouæ causæ legitimæ per iudicium comprobandæ super non administranda tutela superuenerint. Et nisi fuerit uxor defuncti quę forte tunc ob mariti reuerentiam ei contradicere ausa nō fuerit/quo casu nisi post mortem defuncti infra qndecim dies se nolle tutelam subire declarauerit tutelam assumpsisse censeatur. Si uero tutor per testatorem assignatus præsens non fuerit/ tunc teneatur a die qua sciuerit se tutorem datum usq; ad decem dies tutellam prędictā acceptasse/uel excusationes legitimas coram iudicio proposuisse. Omnes uero tutores tam testamētarii q̄ etiam datiui/ac etiam curatores dati ad negocia infra triginta dierum spacium a die acceptationis uel declarationis de administranda tutella uel cura per iudicem factæ computandorum/teneantur & debeant toto posse fideliter & plene confici facere per sufficientem notarium inuentariū de omnibus bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus debitis & creditis pupilli uel pupillę pupillorum uel adultorum quoꝝ tutellam uel curam gerunt: quæ & quas bona fide inuenerint in hereditate. Salua tamen semper ueritate/ qua uti possint bona fide coram iudicio

in detrahendo non bene appoſita per errorem. Et in adiciendo quæ poſtea in eoꝝ noticiam peruenisſent. ¶ Ad quam inuentarii confectionē conuocare teneātur & teneant duos de magis ydoneis & melius informatis ex attinētibus uel affinibus pupilli uel pupillorum uel adultorum. uidelicet unum ex parte patris. Aliū ex parte matris/ qui ſub pœnis per officium iudicii imponendis confectioni dicti inuentarii pro cōmodo minoꝝ adeſſe cogantur & ſi per aliquod tēpus conuocati forent contumaces/ aut ſi ſub eſſet alia cauſa legitima per iudiciū comprobanda per quam inuentarii confectio retardaretur q; illud tempus in pœnā tutoris uel curatoris ei nō prēiudicet: ſed de medio ſubducatur. ¶ Quod quidem inuentarium cōfectū teneantur & debeant adminiſtratores trāſactis. xxx. diebus prēdictis uſq; ad octo dies poſtea ſecuturos incluſiue publicare corā iudicio eius de cuius bonis inuentarium fuerit confectū. Ad quam publicationem teneantur tutores uel curatores conuocare illos qui ut ſupra fuerint conuocati confectioni inuentarii. ¶ Si uero ex attinentibus uel affinibus dictorum pupillorum uel adultoꝝ non reperirentur perſone ſufficientes & habiles ad inuentarii prēdicti confectionem/ tunc teneatur tutor uel curator cōparere in iudicio & petere ad id deputari duos ydoneos uiros/ quos iudex ex informatione habita putet eſſe ſufficientes & informatos de uiribus hereditariis. ¶ Si autem dictum inuentarium dicto modo non fuerit dolo uel lata culpa adminiſtratoris cōfectū/ nihilominus poſſint adminiſtratores in iudicio experiri & per creditores minorum conueniri: & non obſtante contumacia iudicialiter procedi. ¶ Et quicquid actū fuerit in fauorem minoris habeat roboris firmitatem ad utilitatē minoris: & prēiudicium aduerſarii. ¶ Et ſimiliter quicquid actum fuerit contra adminiſtratorem prēfactum habeat etiam roboris firmitatem: quoad prēiudicium eius & in bonis ipſorū adminiſtratoꝝ fiat executio ſententię: quę apparet lata contra minorem etiam ſi iuſte lata foret/ non autem in bonis minoris/ immo q̄tū ad minorem & eius bona cenſeatur ſentētia nulla. ¶ Niſi aliter ex euidēti & honeſta cauſa iudicio ſtatuendum uideretur in ſubueniendo adminiſtratori. ¶ Si uero elapſo tempore conficiendi inuentarium creditores pupillorum / uel aliqui eorum attinentes/

affines:uel amici coram iudicio proposuerint ipsos administra/tores non esse soluendo:& inuentarium non confeciſſe. Tũc pos/sit & debeat dictus administrator ad instantiam prędictorũ/uel ex officio iudicis remoueri & de alio prouideri si utilitati euidẽti minoris cognitum fuerit expedire: aut etiam sub pœnarũ multi/plicatione imponi possit administratori inuentariũ ut supra de/bite conficiatur pro utilitate minoris. Et nihilominus si interim factus foret processus uel aliquid contra eum tanq̃ contra ad/ministratorem obtentum fuerit/ illud ualeat quo ad eius prędiu/dicium & non in detrimentũ minoris. & in eius administratoris bonis fiat executio/ siue ab administratiõe eũ remoueri cõtingat siue de alio prouideri aut etiam si in administratione remanserit/ nisi ut suprafaliter religioni iu/dicentis ex causa statueudũ ui/deatur. Sed i omnibus predictis casibus remaneat ius suũ saluũ creditori in his quæ recuperare non potuit ab administratore/ contra bona minoris/ inchoãdo tamen contra eũ de nouo litem/ non autem uigore obtentorum contra administratorem præfa/ctum. Insuper declaramus q̃ tutores teneantur inuentariũ con/ficere & curatores secundum modum antedictum etiam si con/fectio inuentarii per testatorẽ fuerit directe uel indirecte uetita uel remissa/ quę uetatio uel remissio si per quẽcunq̃ facta fuerit ipso iure non ualeat.

De ratione redenda per tutores / uel curatores singulis annis. Rubrica. C.XXXVIII.

AD hoc q̃tum fieri potest ut bona & iura minorũ conser/uetur/ hac salubri cõstitutione decernimus q̃ omnes tu/tores & curatores ad negocia annis singulis teneatur a prima die quadragesime usq; ad mediam quadragesimã in scri/ptis producere & reddere debitã rationem suę administratiõis: coram illo iudicio / uel deputatis ab eo sub quo personę existẽtes sub tutela uel cura habitant:& domicilium uel forum habent:q̃ si ipsi administratores impedimento aliquo legitimo per iudiciũ comprobando nequiuerint in dicto termino congruentem red/dere rationem / teneatur postea reddere a media quadragesima

usq; ad dominicam oliuaꝝ: quæ quidem ratio pręsentibus ipsis pupillis cum infantiam excesserint/ uel adultis pręsentibus reddatur:in pręsentia duoꝝ ex proximioribus magis ydoneis ipsorum minorũ / uno:uidelicet ex parte patris: alio ex parte matris melius in formatis/ de condictionibus facultatum ipsorũ minorum conuocandis:& si expediet per pœnaꝝ impositionem compellendis per iudicium ad instantiam administratorũ uel etiam ex mero iurisdictionis officio:& si tot uel tales non inueniantur: tũc deputentur duo alii boni uiri:qui sint affinitate:uel amicitia coniuncti dictis minoribus/qui interfint dictæ rationi reddẽdæ: & in scriptis redigendę:ut semper apparere possit. Et si quidem coram iudicio bonam reddiderint rationem / in officio persęuerent/ aliter autem ab officio remoueãtur & per iudiciũ sufficiẽter ipsis minoribus debeat prouideri. Et ulterius teneãtur resarcire omnem dampnum & interesse ipsius minoris / uel aliter indemnitati sue debeat prouideri. Ita tamen ꝙ propter dictam redditam rationem nullum preiudicium minoribus generetur: quin eorum administratores teneantur tempore finiti officii sui generalem suę administrationis reddere rationem. Et predicta uendicent sibi locum etiam in curatoribus prodigorũ seu furiosorum. Firmiter statuentes ꝙ onus rationum reddendarum per testatorem uel alium quẽcunq; directe uel indirecte cum pœnis uel sine pœnis remitti non possit uel aliter prohiberi.

De administratione interdicenda dissipantibus bona sua. Rubrica.C.XXXVIIII.

COnstituimus ꝙ si quis apparuerit ex declaratione p iudicium in scriptis facta bonorum suorum dissipator uel prodigus.postq̃ per attinẽtes seu amicos suos:aut famam publicam hoc fuerit in noticiam iurisdictionis deductum/ super quo etiã possit ex ~~mero ratio~~ officio inquiri / possit & ualeat & debeat interdici publice illi prodigo.uel dissipatori bonorum suoꝝ administratio:& eidẽ curator detur/ sine cuius auctoritate & cõsensu non ualeat se obligare / neq; debita cõtrahere:aut bona sua stabilia aliqualiter obligare uel distrahere/nisi pro euidenti utili/

tate: aut urgente neceſſitate: neceſſe fuerit de bonis eius obligari uel alienari/ quo caſu fieri poſſit adhibita ſolẽnitate quæ in alie/ natione uel obligatione bonorum minorũ requiritur obſeruari. ¶ Adminiſtratores autem prædicti ad confectionem inuentarii & adminiſtrationis ſuæ rationem reddendam teneantur prout cęteri adminiſtratores tenentur de quibus in duabus ſupra pro/ximis conſtitutionibus eſt expreſſum.

sub rub. cx.

De ſublatis obligationibus quas uſurarii & alii exigebant. Rubrica. C. XL.

QVia quędam peſtifera & damnoſa in patria foriiulii abuſio inoleuit. q̃ q̃do fit cõtractus aliquis mutui: uel depoſiti creditores nõ cõtẽti obligationibus in patria antiquitus cõſuetis/ alias in exquiſitas obligationes inuenire co/nantur uidelicet. q̃ tã fideiuſſores: q̃ principales ſe obligent: q̃ ſi mutuum uel depoſitũ in contractu contentũ in ſtatuto termino non ſoluerint teneantur intrare hoſtariã aut exire patriã: & non redire ad patriã donec mutuum / uel depoſitum huiuſmodi cũ dampnum & expenſis non fuerit perſolutum. Ex qua inepta ad/inuentione nonnullę domus. ¶ Nobilium & cõitatũ foriiulii de/ſtructę ſũt & deſtruũtur/ propter q̃ ſtatuimus q̃ nullus creditor quicũq; ſit: & quocũq; nomine mutuet: poſſit uel debeat ab ali/quo de foroiulii recipere/ q̃ obligãtes ſe principaliter uel fideiuſ/ſorio nomine intrent hoſtariam uel teneantur exire patriam fo/riiulii: ſeu aliquam ſimilem inhoneſtã obligationem prętер iura/cõia ¶ nec principales aut fideiuſſores obligationibus huiuſmodi etiam cum iuramento ſe ualeant obligare. ¶ Quod ſi ſecus fuerit factũ huiuſmodi obligationes ſint nullius ualoris & firmitatis. ¶ Et nihilominus notarius conficiens inſtrumentũ ab officio no/tariæ per biennium ſit ſuſpenſus ¶ & ſi tale iuramentum preſtitũ fuerit contra bonos mores extortum: & preſtitum cenſeatur.

De usurariis. Rubrica. C.XXXXI.

VT usurariorũ maligna uoracitas refrenetur statuimus ꝙ quiliber persona mutuãs sub usuris per se uel aliũ: cuiusꝯ cunq; condictionis existat/factis publicis instrumentis: uel scripturis priuatis de manu debitoris/ uel alterius eius uolũ/tate: adhibita uel non adhibita alioꝝ testium subscriptione/ ipsis obligationibus seu instrumentis & scripturis priuatis uti ualeat usq; ad quinquennium tantum & non ultra: a die obligationis contractæ numerandũ. Et talia instrumenta seu scripturæ priuatę elapso dicto quinquẽnio sint ipso iure irrita & cassa & nullius momenti & prescriptum esse intelligatur dictis obligationibus quo ad totale ius agendi uel excipiendi & obligationem borum. Nec per aliquas conuentiones partium aut renunciationes & iuramenta debitorum: possit in contrariũ prouideri quominus prędicta uendicent sibi locum. Et iuramenta talia contra dispositionem huius constitutionis prestita per fraudem extorta & cõtra bonos mores prestita presummantur. Declarantes ꝙ omnes contractus quorũcunq; usurariorũ publicorum: & si non teneantur banchum usurarum notorium concepti in eorum personas/uel in personas existentium de eorum familia intelligantur & præsummantur fore de duplo. Statuentesq; illũ intelligi fore & probari plene publicum usurarium, qui saltem per tres testes ydoneos probatus fuerit/ꝙ pecunias sub usuris mutuauerit etiã si prętati testes sint in suis testimoniis singulares, & in facto proprio deponentes, dum tamẽ iurent se alicuius commodi proprii prętextu non testificari.

De promissione restitutionis bonorum fiende infra certum tempus. Rubrica. C.XXXXII.

STatuimus, ꝙ de promissione facta per emptorẽ de uendendis seu retrouendendis uel etiam restituendis bonis stabilibus uenditori pro prędio quo uẽdita fuerit seu alio ad specificatum tempus uel non specificatum si pecunia daretur: licet de huiusmodi promissione seu pacto inter eos fuerit confectũ

publicum instrumentū ſtamen ualeat probari per teſtes ydoneos infra.xv.annos a tēpore promiſſionis huiuſmodi/ Sed ultra.xv. annos probari poſſit per inſtrumentum & non aliter/ Nec talis contractus reputetur feneraticius, ſi iuſtum præciū interuenerit uel quaſi. Et habeat locum in præteritis contractibus pendentibus & futuris.

De caſtris. Rub.C.XLIII.

NVllus poſſit uēdere obligare:uel aliqualiter alienare:ſeu dare alicui forenſi ſua caſtra munitiones fortilicia : uel loca ſuſpecta. Et ſi cōtrafactum fuerit talis alienatio nō ualeat/ ſed bona ſic alienata libere cedāt cui de iure cedere debēt/ ac ſi alienans decederet inteſtatus & trahatur etiā ad pręterita.

De teſtamentis. Rubrica.C.XLIIII.

COnſtituimus ad hoc ut ultimæ uoluntates defunctorum non ualeant defraudari:q; in teſtamentis:quę fieri contigerit in terris muratis uel caſtris:aut ſuburbiis ſuis ſeptē teſtes ſecūdum iura ciuilia debeāt adhiberi/ In teſtamentis uero in uillis cōditis numerus quinq; teſtiū ſufficiens cenſeatur/ Quę uero in codicillis & in relictis ad pias cauſas per iura ciuilia:uel canonica ſunt ſancita debeant obſeruari.

De ſucceſſionibus abinteſtato. Rubrica.C.XLV.

VT paternæ:& cęterorum maſculorum ſuperioꝝ diuiciæ in maſculoꝝ poſteritatem perueniant per quam honor familię ſolet conſeruari: ac auorum plęrunq; fieri longa memoria/antiquis conſtitutionibus inherentes. Statuendo ſancimus/ Quot ſi quis maſculus ſine teſtamento:uel abinteſtato aut inteſtatus deceſſerit ad ipſius ſucceſſionē & hereditatem admittantur primo ipſius defuncti filii maſculi/ deinde cæteri deſcendentes maſculi nati ex linea maſculina defuncti/ Ita uidelicet q; pares in gradu pariter ſuccedant/ & qui prior eſt in gradu prius

admittatur ad ſucceſſionē: excluſis gradu poſterioribus. Saluo q̄ ſi ſimul cum filiis maſculis defuncti/extarent ex filio uel filiis p̄mortuis nepotes uel pronepotes maſculi/uel alii maſculi ex eis deſcendentes p̄ lineā maſculinā/illi nepotes uel pronepotes & deſcendentes maſculi ut ſupra una cū filiis uel aliis deſcēdētibus maſculis per lineam maſculinā ad ſucceſſionem defuncti aſcendentis recipiantur/ita q̄ ſucceſſio in deſcendētes maſculos ut ſupra deferatur in ſtirpes & non in capita. Et ſi dicto aſcendenti ut ſupra defuncto ſine teſtamento filii aut deſcendentes maſculi ut ſupra ex linea maſculina non extarent/tunc ſi ſuperſint aſcendentes maſculi ex linea maſculina. Et dicto defuncto ſuperſint fratres eius maſculi: ex utroq̄ parente/uel ex patre tantum conuncti. Tūc dicti aſcendentes proximiores in gradu una admittantur cū dictis fratribus defuncti ad eius hereditatem diuidendam pariter inter eos/ſic uidelicet q̄ dictorū proximoꝝ aſcendentium & dictorum fratrum ſinguli æqualem habeant in hereditate portionem. Et ſi cum dictis aſcendentibus aut defuncti fratribus extarent etiam filii maſculi fratrum defunctorum/tunc ipſi etiam quotcūq̄ ſint ad ſucceſſionem defuncti admittantur in ſtirpem cum patruis ſuis p̄dictis & dictis proximioribus aſcendentibus. Si uero nō ſuperſint dicti aſcendentes maſculi/nec deſcendentes maſculi ex linea maſculina/nec etiam defuncti fratres maſculi. Tunc ſi extant fratrum filii ipſi admittantur ad hereditatem defuncti patrui diuidendam inter eos in ſtirpem & nō in capita/ſimiliq̄ modo patrui per lineam maſculinam conuncti ſuccedant nepotibus eorum maſculis ſine teſtamento decedentibus nō relictis deſcendentibus uel aſcendentibus aut collateralibus ex linea maſculina ut ſupius eſt expreſſum. Quibus caſibus filiæ eo modo defuncti ut ſuperius dictum eſt & cæteræ fœminini ſexus ex eo deſcēdētes: ac deſcēdētes ex eis mulieribus cuiuſcūq̄ ſexus exiſtant. Ac maſculi ex ipſis fœminis deſcendentes/ad ſucceſſionem uel hereditatem/ſeu aliquam partem ipſius hereditatis p̄dictæ perſonæ eo modo defunctæ nullatenus admittantur. Sed potius per ſupradictos maſculos deſcendentes & aſcendentes maſculos: ſeu collaterales maſculos ſupradictos ſint excluſæ. Adicientes etiā q̄ matres/auiæ & prouiꝝ intelligantur

esse exclusæ a successione filiorum masculorꝝ:& nepotum suorũ: extantibus masculis supradictis/seu aliquibus ex eis/& hereditatem defuncti secundum ordinem prędictũ adeuntibus. Volumus tamẽ & sic statuimus ꝙ filiæ dicti defuncti & cęterę femini sexus/quę de bonis defuncti maritari debent & ex eis maritandi ac dotandi onus incũbit:per prędictos masculos succedentes cũ fuerint ætatis nubilis debeant maritari : & si dotatæ non fuerint debeant dotari : & fulcimentis : ac præparamentis nuptialibus iuxta consuetudinem & uires hereditarias fulciri. Ac etiã anteq̃ ad domum maritorũ sint traductę debeant alimentari ex bonis dictę hereditatis/iuxta qualitem & q̃titatem bonorum / ac statũ & conditionem earum dominarum maritandarum/& si dotatæ congrue fuerint : ac præparamentis nuptialibus fulcitæ/nihil de ipsa hereditate petere possint. Vbi uero nõ extarent heredes supradicti masculi descendentes per lineam masculinam/& ascendentes prędicti masculi ac collaterales ex linea masculina ut supra dictum est/tunc fœminæ descendentes admittantur ad successionem cum gradus prerogatiua in bonis supradicti masculi defuncti sine testamento. Et similiter ex ipsis fœminis descendẽtes: ut pares in gradu pariter succedant / & priores in gradu isto casu secundũ ius cõmune prius succedant. Et ꝙ in supradictis casibus in quibus filię seu fœminę ex eis descendẽtes sint exclusæ uigore pręsentis constitutionis ab hereditate dicti defuncti masculi per supradictos masculos connumeratos uidelicet ascẽdentes/collaterales:masculos per lineam masculinam procedentes:habere debeant de hereditate defuncti de qua agitur tantum q̃tũ est sua legitima de iure cõmuni in ipsa legitima computatis dote constituta seu constituenda & pręparamentis nuptialibus constitutis : seu constituendis. Et si contingeret ꝙ supradicti omnes masculi connumerati ascendentes uidelicet & collaterales tantũmodo qui mulierem a supradicta hereditate contra iuris cõmunis dispositionem excluserint:decederent ex testamento uel abitestato sine filiis masculis uel nepotibus masculis ex ipsis filiis masculis procedentibus / ꝙ tunc tota hereditas illa quæ ad illos masculos excludentes mulierem peruenit:deueniat & deuenire debeat in dictas filias exclusas : & personas ex eis filiabus

Et mulieres ut exclusæ habeant quantum est sua legitima etc.

Et mulieres reintegrent

Ad declarationem huius 95 vide Soci 95. 50 iij lib.

descendentes exclusas ut supra / salua in hoc ultimo casu prę-/ gatiua gradus. ¶ Declarantes insuper pro commodo dominarū q̄ omnia dispositа & determinata in constitutione supra in hoc uolumine inserta quę incipit quoniam superius per duas consti-/ tutiones precedentes & positas sub rubrica de heredibus com-/ pellēdis alimētare/maritare & dotare fœminas & cętera/ debeāt obseruari ī casibus supradictis ubi abintestato succeditur/ & ubi pro fauore mulierum supradicto modo exclusarum ipse mulie-/ res excluſæ prętendere possent dictam constitutionem & eam allegare in earum beneficium tantū in aliqua sui parte/ ita q̄ ea quæ in sui beneficiū ibi sunt statuta etiam hic obseruętur/& non ea quę quoquo modo sibi prędiudicēt. ¶ Et ī prędictis casibus in-/ testatus/uel abintestato/uel sine testamēto decessisse intelligatur qui nullum condidit testamentū/ uel de iure condere non potuit ratione ętatis/uel alterius impedimenti/aut si testamentum con-/ didit q̄ postea ad causam intestati quoquomodo sit deductum. ¶ Et in casibus per hanc constitutionem expresse omissis stetur dispositioni iuris cōmunis. ¶ Nec possint ipse mulieres in earum detrimentū aliquomodo facere finem uel remissionem/aut quie-/ tationem aliquam cōtra dispositionem prędictis constitutionis/ uel alicuius partis ipsius/etiam cum pœna uel iuramento aliquo/ quod per maliciam & cōtra bonos mores si interuenerit prędsti-/ tū intelligatur. ¶ Nec huic constitutioī in illis partibus quę fauo-/ rem mulierum continet aliquomodo renuntiari possit etiam cū iuramento directę uel indirectę quod contra bonos mores si in-/ teruenerit prędstitum prędsumatur ut supra.

De hereditatibus & inuentariis. ¶ Rubrica. C. XLVI.

VT obuietur fraudibus quas quādoq̄ perpetrare contin-/ git in acquisitione hereditatum cum beneficio inuentarii & ipsius confectione ¶ statuimus q̄ si qua persona adire uoluerit hereditatem aliquā / aut ipsi hereditatis se immiscere cū beneficio inuentarii/ hoc facere nō possit / nisi corā iurisdictione cui subiecta erat persona defūcta/de cuius hereditate agitur ¶ sed talis uolens adire uel immiscere cū beneficio inuentarii/ teneatur

coram dicta iurisdictione eandem ~~heredi~~ hereditatem adire uel ei se im/
miscere infra.xx.dierum spaciũ a die mortis defuncti exclusiue
computandorum / & tunc ibidem assumpta tali hereditate / per
iudicium deputetur ~~unius~~ sufficiens notarius non suspectus/ qui
totum inuentarium cõscribat de omnibus bonis/ iuribus/ & re/
bus totius hereditatis de qua agitur/ & ~~præbat~~ talis acceptãs he/
reditatem ibidem sacramentum q; omni dolo fraude & malicia
remotis / fideliter describi faciet in inuentario omnia & singula
bona hereditaria/tam mobilia q̃ immobilia / iura & actiones ac
debita & credita spectantia & pertinẽtia ad dictam hereditatẽ
quę ad ipsius heredis noticiã peruenire cõtigerint. ¶ Quod qui/
dem inuentariũ teneatur heres inchoare mediare finire & publi/
care infra terminum.xxx.dierũ post diem acceptatę hereditatis
numerandorũ. ¶ Teneatur insuper talis heres per octo dies ante
publicationẽ inuentarii. pręconizari seu proclamari facere pu/
blice & alta uoce/ q; omnes creditores & legatarii & qcũq; quo/
rum interest compareant tempore & loco determinatis/ in qui/
bus facienda est publicatio coram iudicio / coram quo facta fuit
hereditatis acceptatio. ¶ Prędictis uero per heredem non obser/
uatis/aut aliquibus rebus in inuentario describendis ex fraude/
uel malicia heredis non positis sed omissis / inuentarii confectio
eidem nihil prosit/ & omnibus creditoribus & legatariis teneatur
insolidũ perinde ac si hereditatem sine beneficio inuentarii ac/
ceptasset. ¶ In minoribus autem prędicta uendicent sibi locum
postq̃ de tutore uel curatore legitimæ sit prouisũ. ¶ Mulieribus
uero maioribus ob sexus fragilitatem & iuris ignorantiam qui/
bus aliqua hereditas sit delata.xxx.dierũ connumerandorũ a die
mortis defunctę personę exclusiue imptimur ad ipsius accepta/
tionẽ faciendã cũ beneficio inuẽtarii ut superius est expręssum.

De mittendis in possessionem hereditatis defuncti. Rubrica. C.XLVII.

COnstituimꝰ q; si quis comparuerit coram iudice & petat
se põi in possessionem alicuius hereditatis seu bonorum/
si quidẽ allegat se heredẽ illius de cuius bonis fit mẽtio/

& ibidem probet per instrumentum continens testamentū / uel per legitimum numerum testium se heredem legitimę. Et nullus comparuerit ibi contradictor / tunc statim detur sibi nuntius ad ponendum eum in possessionem dictorum bonorū: in quorum possessione uel quasi erat defunctus tempore mortis suę. Saluo iure cuiuscunq; parte / Si uero ibidem legitimę non probauerit se heredem, non detur sibi nuntius donec legitimam fecerit pro/ bationem de eo quod allegauerint / & hoc quādo allegat se here/ dem per testamentum / Si uero asserat se heredem abintestato / tunc seruetur iste modus q; fiat publica proclamatio in plathea loci ubi solebat habitare ille cuius erant bona de quibus fit men/ tio / & coram loco solitæ habitationis ipsius in hac forma per ce/ dulam quę affixa remaneat super plathea prędicta / uidelicet no/ uerint uniuersi q; talis persona petiit corā iudice se poni in pos/ sessione rerum & bonorum quæ fuerūt olim talis defuncti, tanq̄ proximior abintestato. Quapropter si quis credit se habere ius in dictis bonis seu uult contradicere q; non ponatur in possessio/ nem perdictam compareat coram dicto iudicio infra. xv. dies ad dicendum & allegandum causas quare contradicere uult q; non ponatur in possessione prædicta / alioquin ponetur in possessione saluo iure cuiuslibet parte. / Quod si nullus comparuit contra/ dictor / tūc transactis dictis. xv. diebus ponetur in possessione di/ ctorum bonorum saluo semper iure uniuscuiusq; personæ super proprietate / facta tamen fide de proclamatione prædicta & de affixione cedulæ / Qui sic positus in possessionem defendatur in dicta possessione contra omnem personam / exceptis pupillis & aliis personis existentibus extra patriam tempore. xv. dierū su/ prascriptorum / Et exceptis his qui postea comparerent allegan/ tes se heredes ex testamento uel proximiores abintestato / aut in pari gradu & tali in quo ad eos etiam potest de hereditate spe/ ctare / quibus casibus infra annū a die quo primus fuit positus in possessione ~~connumerandum~~ / admittantur tales suprascriptæ personæ ad petendum possessionem dictorum bonorum / non obstāte possessione primi positi in possessionem per sententiam / & istis casibus talis possessio non prosit nec noceat ipsi qui eam obtinuit / nec prędictis absentibus / pupillis / aut heredibus testa/

mentariis uel abintestato ut supra/ sed de nouo discuciatur quis debeat in possessione dictorum bonorum poni perinde ac si ab initio nunq̃ fuisset assignata possessio alicui dictarum partium: interim autem in casibus suprascriptis donec fuerit determinatũ quis poni debeat in possessione bonoꝝ de quibus est questio eligatur per partes aliqua persona pœnes quam possessio dictorũ bonorum remaneat/ donec fuerit diffinitum quis eorum habere debeat possessionem dictorum bonorum/ne partes habeant materiam rixandi/ Quot si de una persona concordare non possint partes prędictæ/ tunc eligatur per dominiũ persona aliqua non suspecta/quę suspitio & causa suspitionis si allegetur per sententiam approbetur uel reprobetur pœnes quam & ad cuius gubernationem bona remaneant / donec fuerit determinatum ut supra sumptibus & expensis hereditatis & bonorum de quibus contenditur/ Adicientes qꝺ a sententia lata super sequestratione huiusmodi neutra partium ualeat appellare.

De legatis per heredem statim soluendis. Rub.C.XLVIII.

ORdinamus qꝺ legata uel relicta in testamẽto uel codicillis prestare teneatur statim heres post aditã hereditatem/ uel postq̃ se immiscuit hereditati nisi aliter uel aliud appareat de uoluntate testatoris. Et nisi adita fuerit hereditas cum beneficio inuentarii: quo casu conueniri non possit a creditoribus/ nec soluere teneatur credita uel legata nisi post cõfectionem inuentarii: uel post elapsum tempus ipsius inuentarii conficiendi in constitutione super hoc ædita limitatum.

De legatis a legatario propria auctoritate non occupandis. Rubrica.C.XLVIIII.

COnstituimus qꝺ hii quibus est aliquid in testamento uel codicillis iure legati uel fideicõmissi/ uel alio quocunq; titulo relictum teneantur petere rem legatam: seu relictã ab herede uniuersali: non autem ipsam propria auctoritate arripere: nec per sententiã ipsius possessionem apprepẽdere herede

non citato. Decernẽtes talem apprehensionem possessionis non citato herede uel sine eius uoluntate factam per legatarium seu fideicõmissarium nullius fore effectus: roboris: seu ualoris: nec tribui ius aliquod per eãdem. Propter huiusmodi autẽ apprehensionem legatarius non cadat a iure legati sed ipsam rem restituere compellatur cũ dampnis & expensis: quam postea possit repetere debito modo & habeat locum etiam in pendẽtibus uel nondum pendentibus. Et si legatum uel relictum fuerit nomẽ debitoris possit legatarius secundum ius commune suis actionibus experiri: prius tamen ad hoc heredibus citatis si aliquid cõtradicere uolunt.

De prędatoribus & robatoribus stratarũ publicarum: & committentibus priuatum carcerem. Rubrica. C.L.

VT stratæ & itinera publica tã mercatoribus q̃ aliis quibuscũq; personis tute & secure libere pateant: constituimus & ordinamus q; quicũq; domini locuntenentis uel ecclesie aquilegensis subditus uel forensis stratas ipsas seu itinera publica uiolare rumpere uel turbare: spolia uel derobationes cõmittere sup ipsis præsumpserint quocũq; modo: siue nobilis siue popularis existat: si haberi poterit uel capi furcis suspendatur taliter q; moriatur. si uero haberi uel capi non poterit sub eadem pœna perpetuo sit banditus per uniuersas terras & a quocunq; dominio aquilegẽsis ecclesię sit: q; nec in terris nec in castris totius patrię foriiulii possit stare. De bonis uero malefactoris prędicti si qua habebit: uel haberi poterint satisfiat spoliato usq; ad summam eius quod sibi acceptum fuerit: super qua summa accepta uel existimatione ipsius stetur sacramento ipsius spoliati. Acceptantes uero derobatores & malefactores prędictos: aut cũ re taliter derobata aut fine: & admittẽtes eos in castris fortilitiis siue domibus suis: si scienter fecerint: & ipsum uel ipsos derobatores cum spolio & derobatione huiusmodi infra tres dies: etiam non requisiti non pręsentauerint: & assignauerint domino locũtenenti: aut marascalcho: seu ipsius uices gerenti: uel si quis uel si qui ignorantur receptauisset uel receptauissent derobatores &

malefactores prędictos cum ſpolio uel ſine ut ſuprà / & requiſitus uel requiſiti ex parte domini locũtenentis/aut per prędictos eius officiales/uel alterum ipſorum/aut eorũ uel alterius ipſorũ nuncios infra duos dies cõputato die requiſitionis / ipſos malefactores & derobatores nõ ꝓſentauerit / uel aſſignauerit ut ſupra dictum eſt ſimili pœna ſubiaceant & cadant in pœnam prædictam / & contra eum uel eos per dominum ita procedatur ſicut per ipſum uel ipſos receptatores ſcelus huiuſmodi fuiſſet commiſſum. Excepto q̃ ſi appareret prędictem in tali loco omnem ſuam feciſſe diligentiam in prędmiſſis q̃ ſi dicti derobatores non fuerint præſentati ut ſupra dictum eſt. Et reperiatur uel modo aliquo probari poſſit ipſos derobatores tẽpore receptationis uel poſt fuiſſe & eſſe in dictis caſtris/domibus:uel fortiliciis tũc tales receptatores nullam poſſint prætendere ignorantiam ſed puniantur in dicta pœna & contra ipſos procedatur ſimili modo: ſicut ſi a principio dictos derobatores & malefactores ſcienter receptaſſet uel receptaſſent. Statuimus quoq; & ordinamus q̃ prędicta pœna puniantur omnes capientes aliquem: uel aliquos perſonaliter tẽpore pacis: & extra uias publicas propria auctoritate/& ſine auctoritate dominii: dummodo tales uel taliter capti non fuerint ſeruitores uel maſſarii capientium: & habeat locũ in præteritis & futuris.

De modo procedendi cõtra derobatores ſtratarũ publicarũ & receptatores eorum. Rubrica.C.LI.

ITem conſtituimus & ordinamus q̃ cum proceditur contra derobatorem prędictum ſufficiat unica citatio publice facta in platea loci ubi proceditur per iudicium ſeu alterum de eius cõmiſſione ad ſuam defenſionem faciendam ad decimam diem computandam poſt diem dictæ proclamationis factæ. Et ſimili modo contra dictũ receptatorem procedatur.

De cõmunitatibus reuelantibus uel iniuriantibus officialibus domin ii. Rubrica.C.LII.

ORdinamus q; q̃docunq; aliqua cõitas/ turba coadũnata in secuti fuerint mareschalcum domini locũtenentis / uel eius uices gerẽtem/ aut eius familiares uel præcones de/bito & congruo modo suum officiũ excquentes:& cum domino maraschalco existẽtes/ uel reuelauerint pignora eisdem officiali/bus/ omnes culpabiles existentes soluant mediam marcham pro quolibet/ & nihilominus cadant in pœnam.xxv.librarum curiæ applicandarum. de numero autem ipsorum excedentiũ creda/tur domino maraschalco dato ei iuramẽto sup hoc/ uel eius uices gerenti usq; ad numerum.xxv. hominum infra. Abinde uero supra fiat legitima probatio per alios q̃ dictos officiales.

De pœna pcutientiũ officiales dñi locuntenentis. Rub.C.LIII.

SI aliquis tantæ temeritatis fuerit q; percusserit preconẽ aut familiarẽ domini locuntenentis uel maraschalchi exercen/tes officium suum/ tunc si ex dicta percussione non fuerit se/cuta sanguinis effusio & percussor fuerit masculus cadat in pœ/nam unius marchę curiæ applicãdę./ Si uero fuerit mulier quæ dictã percussionem fecerit/ tunc soluat mediam marcham./ Si tamen multum grauiter percussus fuerit puniatur percutiens pœna duarum marcharũ./ Si autem ex percussione secuta fue/rit sanguinis effusio & uulnus/ tũc percutiẽs cuiuscũq; sexus exi/stat cadat in pœnam uigintiquinq; librarũ curiæ applicandarũ. & nihilominus teneatur soluere expensas factas pro medico & medicinis pro liberatione dicti percussi/ & de prędictis uulneri/bus & percussionibus credatur relationi præconis cum uno ydo/neo teste/ si præco fuerit percussus./ Si uero taliter fuerit percus/sus familiaris domini locũtenẽtis uel mareschalchi exercens cũ præcone officium suum / percutiens cadat in pœnam quatruor marcharum curię applicandarum duobus testibus testificanti/bus de dicta percussione/ & admittantur mulieres ad testifican/dum sicut masculi./ Adicientes q; pro debilitatione mẽbri offi/cialium aut enormi uulnere ex quo sequatur cicatrix super fa/cie/ condempnetur delinquens in libris centum & ad interesse dampnum passi. Quarum medietas offenso applicetur.

De hiis qui rapiunt & auferunt pignora præconibus postq̃ illa receperunt. Rubrica.C.LIIII.

SI præco exercens suum officium sine domino marascalco uel eius familia acceperit pignus uel pignora de domo uel habitatione alicuius /& ibidem prohibitũ fuerit minis uel facto dictum pignus uel pignora asportare uel extraducere/ aut ipsa pignora fuerint de manu ipsius præconis ablata/tũc censea/tur talis persona prohibens uel aufferens fecisse riuellum & pro pœna riuelli soluat soldos. xl. si fuerit masculus/si uero fœmina uiginti/ Si uero postq̃ dicta pignora fuerint extra domum uel habitationem / curiam bayarzium & porticum traducta & ex/portata per præconem et prohibitum fuerit ipsi præconi ipsa pi/gnora ducere/talis prohibens aut aufferens fecisse exforciũ cen/seatur/ & p pœna exforcii puniat in libris.l. applicandis curiæ cõsuete si masculus fuerit/si uero fœmia in una marcha solidoꝝ.

De pluribus coadunatis pignora de manibus præconum rapiẽ/tibus. Rubrica.C.LV.

SI plures coadunati abstulerit uel rapuerit pignora de manu uel tenuta præconis pignorãtis sine dño mareschalcho & eius familia & ipsa pignora hñtis extra domũ & cõfines domus pignorati /omnes prędicti insimul intelligantur unum exforciũ commisisse & de unico exfortio teneantur & pro pœna exforcii puniantur in libris uigintiquinq; curię applicandis/& minus ar/bitrio domini locũtenentis/ Et tunc de numero eorum qui di/ctum exforciũ cõmiserint / credatur & stetur relationi præconis. /& hoc casu communitas uillæ cõsignet tot numero delinquentes quot præco prędictus retulerit /qui ad solutionem dictæ pœnæ teneãtur/q; si fecerit dicta cõitas, cęteri de dicta uilla sint a dicto exforcio absoluti./ Si uero dicta cõmunitas tot numero delin/quentes non designauerit/tũc ipsa cõmunitas in omni eo quod deerit teneatur.

De potestate subrogandi precones per iudicium. Rub. C. LVI.

ORdinamus q; curia domini locũtenentis / seu aliud iudicium facta sibi fide per publicum instrumentum / uel notas / seu acta causæ de sententia obtenta in iudicio & nuntio dato per laudum & sententiam / possit in iudicio & extra absq; aliqua alia sententia ad instantiam creditoris illum nuntiũ alias datum in itinere & loco eius aliũ subrogare qui possit exequi & facere sicut poterat nuntius in iudicio obtentus consuetudine seu cõstitutione aliqua non obstante / & habeat locũ etiam in pendentibus.

De rusticis carizare nõ debentibus diebus dñicis. Ru. C. LVII.

VT praua rusticorum consuetudo quæ inoleuit deleatur: statuimus q; rustici seu carizatores non debeãt carizare infrascriptis diebus festiuis incipiendo exire de domo cã carizandi/exceptis nundinis seu merchatis publicis/ Et hoc sub pœna. lx. solidor; cuius pœnę medietas applicetur accusatori/& altera iurisdictioni loci cui subest delinquens. Videlicet in die natiuitatis domini cum duobus diebus sequentibus: in die resurrectionis eiusdem cum duobus diebus sequentibus / ascensionis domini: in festo corporis christi: assũptionis beatę uirginis Marię/in festo penthecostes/in festo omniũ sanctorum/singulis diebus dominicis/exceptis casibus necessitatis arbitrio habentis iurisdictionem declarandis.

Excepts casis by necessitatis?

De apothecis in uillis non tenendis. Rubrica. C. LVIII.

CONstituimus q; rustici tenere nõ audeãt in uillis/ seu locis non existentibus sub castris habitatis cõtiguis speciarias/ marzarias/ aut apotecas olei salis uel alterius grasse in uẽdendo huiusmodi res ad minutum/ Et hoc in pœna. l. librar; dominio applicandarum/ nec habens iurisdictionem in loco possit alicui licentiã exhibere contra tenorem constitutionis præsentis sub dicta pœna dominio applicanda.

De prohibitione armorum rusticis in dicta. Rub.C.LVIIII.

VT q̃tũ fieri potest materia scãdali ualeat euitari. Decernimus q̃ nullus ad festa proclamata nũdinas & merchata/ ꝓclamata/uel ad iudicia portare audeat lãceas: giuarinas speltaronchonos: balistam: arcum: sagittas sub pœna amissionis armorum & solido.xl. pro quolibet & quacunq; uice hñti iurisdictionem applicanda. Saluo q̃ habentes iurisdictionẽ in locis possint ducere uel dare licentiam tot quot uolent portandi quæ arma uolent pro custodia in dictis locis fienda.

De pręconibus & caballariis. Rubrica.C.LX.

De probat. & relationes in iudicio in rub. 47

De salario Caballariorum et preconum ac nuntiorum rub. 191.

De riuellis in rub. 152. 153 et 154 et 155

Relationes de pignoribus non conducunt nisi ad instantiam creditoris ut procurator Dux. ar. 69 argo capitulum xi. de licentia in rub. 61

ORdinamus q̃ pręcones & caballarii cum in pignorando eorum officiũ exercent debeant prima uice honesto mõ petere pignus sibi dari a debitoribus/seu ab his qui sunt de eorum familia / & non debeant prima uice uiolenter intrare domos pręlatorum/nobilium/ uel aliorum ciuium nisi aliud per iudicium fuerit sibi cõmissum. Et si pignus sibi dari eis negatum fuerit censeat riuellũ esse cõmissum: & debitor pro riuello in.xl. soldis condemnetur. Adicientes q̃ obtenta licentia ad instãtiã alcuius ab officio pro faciendo aliquem pignorari non debeat mitti nisi unus solus nuntius uel caballarius & non plures / nisi riuellũ foret cõmissum. quo casu duo mitti possunt & nõ plures/ nisi secus in pręmissis casibus per habentem iurisdictionem fuerit declaratum. Et qui contrafecerit in expensis per iudicium taxandis illico condempnetur.

ut in libro Dux. ar. 69 argo in 8. capitulo et 9.

De tempore quo massarii possint aut debeãt relinquere mansos. Rubrica.C.LXI.

Qui uniformes pensiones pro quibus I. solueri nec constari poterit an iure locationis id fuerit ꝓsumatur liuellus: et quod xl. annos aliquid cognouerit ab ecclesia sub uniformi pensione debeat inuestiri: Senat. Cons. rogatus 1451. 23. xbr. in volumine statutorum venetorum fo: 199 Cons. xxviij.

aut alio modo, aut presumptione

STatuimus q̃ rustici qui sunt consueti soluere aliquem affictũ ratione alicuius mansi uel territorii nõ possint mansum uel territoriũ illum relaxare ullo tempore anni/ nisi a primo die augusti usq; ad festum assumptionis btẽ marie uirginis inuelsiue & similiter non possit dominus rusticum licentiare nisi

Si quis fuerit massarius alicuius loco et foco et aliqua bona alienauerit et illa bona sic alienata et intelligantur de manso domini fore / in quo morabatur / si tamen fama et credulitas erat in loco bona illa fore de manso domini illius in rub. 163 quasi in fine

Coloni qui litigant cum domino fundi quem ipsi colunt, tenentur satisdare de fructibus et affictibus restituendis domino in casu succumbentie etc, ut in I. litibus in princ. C. de agricolis et censitis et colonis libro xi.

dicto tẽpore/& rustici mansos relaxantes teneantur securitatem
prẽstare de soluendis integris afflictibus & debitis/& de stramine
seleario & fimo dimittendis/& mansum seu territoriũ melioratũ
dimittere teneãtur cum cãpis illo tempore solitis arare sufficien-
ter aratis & non aliter. ¶Et credatur domino per eius sacramen-
tum contra rusticum de afflictibus duorum annorũ non solutis.
¶Adiciẽtes ꝙ si quis sciẽter receperit sub se loco & foco alterius
massariũ teneatur & ipso iure obligatus sit ad soluendũ omnia
debita/& afflictus ipsius massarii domino creditori: uel dictum
massarium infra spacium unius mensis ab ipso repellere tenea-
tur. ¶Et rustici sponte mansos dimittentes/uel propter eorum
culpam uel defectum de mansis licentiati non possint petere ali-
quid de expensis factis in mansis.

De domino pustote super pustota pignorare ualente. Rubrica.C.LXII.

ORdinamus ꝙ dominus pustote alicuius mansi pro affli-
ctibus & debitis suis possit accipere seu retinere quęcũq;
bona tenentis pustotam/inuenta super dicta pustota.
¶& ꝙ dominus super cuius territorio stat non possit ipsa bona
dicti coloni accipere sub dicta pustota. ¶Et pustota intelligatur
quodcũq; territorium tentum sub manu.

De pœnarum impositione contra rusticos super pustotis. Rubrica.C.LXIII.

VT rusticorũ maliciis & fraudibus obuietur/quibus per-
sępe utũtur cõtra prẽlatos/nobiles & ciues huius patrię/
¶statuimus ꝙ si aliqua cõmunitas castri uel uillæ palam/
uel occulte aliquam uicinantiam fecerit ordinãdo iter se ꝙ nul-
lus audeat conducere uel laborare ab aliquo aliquem mansum
seu certum territorium positum in dicta uilla seu eius pertinen-
tiis quod sit in pustota ad certum tempus uel in perpetuum/
¶siue colonus primo resignauerit domino dictum mansum/siue
dominus primo colonum licentiauerit/ ꝙ tunc dicta commu-

nitas ipſo facto incurrat in pœnam librarum centũ/quarũ ter/
tia pars ſit iuriſdictionem habentis in uilla/tertia pars ſit domini
manſi/& reliqua tertia pars ſit accuſatoris/quæ irremiſſibiliter
exigi debeat infra menſem/aliter dominus locũtenẽs pro domi/
nio exigere teneatur/& de prçmiſſis credatur uni teſti accuſanti
bonæ conditionis & famæ & omni exceptione maiori/& tenea/
tur in ſecreto/quis fuerit in ipſa uicinãtia/nec pro parte ſua ulte/
rius teneatur./ Inſuper prouidemus q̃ ſi aliqua communitas in
commune iuerit cum eorum animalibus ad paſculandũ in locis
quę in puſtota remanſerint in pertinentiis dictæ uillę/ aut uuas
acceperit/uel ligna/& arbores inciderit/aut herbam fecerit/tunc
ipſo facto cadat in pœnam.l.librarum applicandam ut ſupra/
& ad exiſtimationem dampni teneatur/de quibus credatur uni
teſti omni exceptione maiori & in ſecreto teneatur./ Si autem
ſingulariter & diuiſim quiſpiam in dictis puſtotis animalia ad
paſculandum perduxerit/uel dampnũ dederit/ uuas auferendo/
uel ligna incidendo/ uel aliud dampnum inferẽdo ut ſupra/ ipſo
iure pœna quadraginta ſoldorum teneatur ut ſupra diuidenda
& exigẽda/& ad exiſtimationem dampni ut ſupra, etiam ſi fue/
rit habitator ipſius uillę./ Vlterius ordinamus q̃ ſi quę cõmu/
nitas alicuius caſtri uel uillæ ſine ſcitu & licentia dñorum man/
ſorum in pertinentiis dictæ uillæ iacentiũ expreſſę poſuerit ali/
quos campos dominorũ in paſcuo ſiue comũea/talis poſito ipſo
iure nullius ſit roboris/nec ulla prçſcriptio poſſit induci/& licitũ
ſit dominis uel eorum colonis accipere dictos campos pro ſuo li/
bito uoluntatis./ & nihilominus dicta communitas pœna centũ
librarum ſoldorum puniatur diuidenda & applicanda ut ſupra/
& unus teſtis omni exceptione maior plenam probationem in/
ducat:& ſi de ipſa uicinantia fuerit & teneatur in ſecreto./ Sta/
tuimus q̃ ſi quę communitas in uicinantia deliberauerit q̃ nul/
lus de eadem uilla uel altera audeat adiuuare uel laborare pro
premio aliquem dominũ habentem in dicta uilla aliquem man/
ſum in puſtota exiſtentem/ q̃ tunc ipſa communitas ipſo facto
incidat in pœnam librarum centum diuidendam ut ſupra/ & ſi
officiales alicuius uillæ uel caſtri ſecrete tractauerint & fecerint
ſupradicta licet non in uicinantia ad hoc ut magis in ſecreto re/

maneat/q; tunc ipsi soli officiales in dictam pœnam librarũ cen/
tũ teneãtur applicandam utsupra/& in prẽmissis uni testi omni
exceptione maiori plena fides possit adhiberi/licet de eadẽ uilla
fuerit/& si delinquentes soluendo nõ fuerit in carceribus detru/
dantur & ibidem per medium annum teneãtur,& per commu/
nitatem uillę eis fiant expensæ si iudicio uidebitur/aut aliter eius
arbitrio: sed non minus puniantur. Decernimus insuper q; si
quis fuerit massarius alicuius loco & foco & aliqua bona aliena/
uerit/uel in dote pro aliqua muliere dederit/uel ipsa: aut aliquid
super ipsis pro anima reliquerit illa bona sic alienata uel legata
intelligantur fore de mãso domini sui in quo morabatur/ si tamẽ
fama & credulitas erat in loco bona illa fore de manso illius do/
mini/& ideo talis alienatio uel legatũ nullius sit effectus in prę/
iudiciũ domini,nisi ipse massarius uel eius heredes legitimę pro/
bauerint illa bona ad se spectare & pertinere/uel nisi probaret le/
gitimæ dicta bona alienata fore alterius mãsi q; eius quem tenet
loco & foco. Eodem modo statuimus in massario qui stat in
domo sua & aliquem mansum alicuius domini tenuerit in pu/
stota q; bona alienata pręsumãtur modo prædicto esse de dicto
manso quẽ tenet in pustota nisi probauerit utsupra dictũ est.

De his qui minantur uolentibus recipere mãsos iacentes ad affi/ctum. Rubrica. C.LXIIII.

SI quis tãtæ temeritatis extiterit q; minatus fuerit aut aliquo
modo impediuerit per se uel per aliũ alicui recipere uolenti
aliquem mansum ad affictum de offendendo eum in per/
sonam uel bonis suis/aut super dicto mãso/& hoc probari possit
per duos testes ydoneos etiam fœminini sexus pœna.l.librarum
mulctetur/quarũ tertia pars iurisdictioni loci applicetur tertia
sit domini mansi:& tertia minas passi/& pro dicta pœna possit
carcerari. Si uero post dictas minas recipientẽ mansum offen
derit in persona cum sanguinis effusione uel alia lesione notabili
centum librarum pœna mulctetur applicãda pro dimidia iniu/
riam passo:& pro dimidia iurisdictioni. Et si in bonis eũ dam/
nificauerit aut super dicto manso/ad dampni restitutionem &

tantundem dampnũ passo condempnetur. Et ulterius quinqua/ ginta librarum pœna debeat eidem infligi. Et si ignem in do/ mum pensate posuerit incẽdio concremetur/ aut si capi non po/ terit a patria perpetuo sit bannitus nec per quemq̃ ualeat rece/ ptari sub pœna gratię dominii.

De rusticis guadias imponentibus in pręiudicium habentium iurisdictonem. Rubrica. C. LXV.

ORdinamus ꝙ omnes consuetudines statuta seu ordina/ menta inducta uel condita per communitatem alcuius uillæ contra quoscũq; quæ concernere possint pręiudi/ cium iurisdictionis cuiuscũq; nullius ualoris/ aut momenti pro/ tinus censeantur & nullius sint effectus/ nec in futurum etiam condi possint & per nullam communitatem alicui de ipsa uilla maior pœna octo soldorum possit imponi/ nec ulterius q̃ semel pro uno excessu debeat imponi/ nec possit per communitatem uillę alicuius aliquis priuari de uicinãtia qui sit habitator ipsius uillę nec fieri possit fossatum circa domum alicuius contra eius uoluntatem aut interdici ꝙ ei non detur aqua uel ignis uel lo/ quela: aut ꝙ de grauamine illato querelã iudicio non audiat ex/ ponere/ nec possit destrui aut deuastari domus uites arbores uel altanæ super quibus iacent uites mansorũ qui remanent in pu/ stotam/ nec per uillam aliquam ordinatio fieri debeat ꝙ nullus audeat recipere ad affictum aliquem mansum qui sit pustota/ uel ꝙ non accipiatur pro tanto affictu uel maiori affictu consueto: & communitas uille contrafaciens incidat in pœnam. l. librarũ iurisdictioni loci applicandarum. Statuentes insuper ꝙ si ali/ cui per aliquem singularem/ dampnũ datum fuerit in pertinen/ tiis alicuius uillę teneatur cõmunitas dare uel denunciare dam/ pnatorem conuictum uel confessum aut emendationem dam/ pni totius uillę communitas soluere teneatur & ulterius pœna librarum decem cõdempnetur: cuius medietas sit dampnũ/ passi/ alia habentis iurisdictionem in loco & dampnum inferẽs ualeat carcerari tam pro exstimatione damni q̃ pro pœma. xl. soldorũ quã incurrit occasione pręmissa nisi satisfecerit prout tenetur.

LXIII

De massariis capi ualentibus etiam si sint serui alterius.
Rubrica.C.LXVI.

SI quis aliquem massarium habet loco & foco qui sit seruus alterius & q sit sibi pro afflictibus & debitis obligatus & hoc constet sillum capere ualeat ac si liber esset non obstante domini contradictione cuius est seruus.

De massariis non ualentibus capi uel pignorari pro debitis dominorum suorum. Rubrica.C.LXVII.

PErnicioſum abuſum in prĕterito obſeruatum pœnitus extirpantes. Statuimus q nullus maſſarius poſſit aut debeat capi aut pignorari propter quecunq debita dominorum ſuorũ ſille uero ad cuius inſtantiam maſſarius pro domino fuerit pignoratus cadat in pœnam.xxv. librarum quarum medietas curiæ applicetur. Alia uero medietas maſſario pignorato & teneatur maſſario ad omne damnũ expenſas & intereſſe.

De mercatoribus porcorũ. Rub.C.LXVIII.

ORdinamus q mercatores porcorum nullo modo ſua propria auctoritate poſſint pro prĕcio porcorum a ſe uenditorum rem aliaquam debitoris capere niſi baſſas uel ipſos porcos uenditos in emptorum uel heredum poſſeſſione inuentos uel inuentas. Si quis autem contrafecerit cadat in pœnam unius marche cuius medietas curię illius loci applicetur. Alia uero medietas cui res aliqua ſit accepta perſoluatur. Ipſis autem mercatoribus porcorum ius ſummarium fiat in prædictis infra ſpacium.x.dierũ quibus tranſactis ſi per aſſertum debitorem ſteterit qui tunc ſit in patria: quominus cauſa expediatur. Tũc dicti mercatores ſua propria auctoritate accipere poſſint pignus de bonis debitorum & q omni caſu pignora accepta uendi debeant de licentia iudicii ad incantum in loco ubi ſunt accepta.

De massariis de massareza manapastis non admittendis ad testimonium. Rubrica.C.LXIX.

NVllus massarius q̃ stet loco & foco/nec seruus/ nec manapastus alicui possit in aliqua causa testimonium perhibere pro eorum dominis/excepto q̃ massarius prędictus possit deponere de possessione ut continetur supra in constitutione sub rubrica de massariis & colonis ad probandũ possessionem admittendis.

De pœna falsi testis. Rubrica.C.LXX.

SI quis conuictus fuerit falsum testimonium perhibuisse in quacũq̃ causa ciuili uel criminali pecuniariã pœnam ducentarum librarũ incurrat/quam soluere teneatur infra.xv. dies postq̃ de falsitate constiterit:cuius medietas habenti iurisdictionem applicetur . alia medietas parti contra quam perhibuit falsum testimoniũ assignetur/ quam si non soluerit eidem lingua amputetur/ Si uero falsum deposuerit in causa in qua de uita hominis aut membro aliquo agatur /tunc grauioribus pœnis iusdicentis arbitrio puniatur/ Ita tamen q̃ si deponatur falso ad hoc ut aliquis moriatur uel membrum alicui abscindatur/tunc talis falsus testis simili pœna debeat puniri.

De pœnis exigendis per habentes garitum uel ius custodiendi festa. Rubrica.C.LXXI.

ORdinamus q̃ nulla persona audeat pro delicto:uel maleficio commisso uel committendo sub suo garito imponere uel exigere maiorem pœnam.xl.soldorum/ Sed si aliquis habeat ius custodiendi aliquod festum/ tunc in die festi possit p exforcio:ictu lapidis:teli : sagitte:aut alio genere armorum cũ percussione uel sine/cũ sanguinis effusione/uel sine imponere pœnam usq̃ ad summã unius marche si sibi uidebitur/& nõ ultra/Et eã exigere/Et qui cõfecerit teneatur ad duplum eius quod ultra dictas pœnas receperit/curiæ domini locuntenentis applicandum.

De pœnis promissis coram aliquo iudice non exigendis. Rubrica.C.LXXII.

NVllus Galstadio seu quiuis alius ius reddēs in patria au/deat uel pręsummat compellere/uel suadere/inuitare/uel inducere aliquam personam coram ipsis litigantem/q; aliquid faciat uel non faciat sub aliqua pœna / nec ipsi litigantes ad instantiam alicuius iudicis seu alicuius alterius personę /nec etiam sponte ualeant se obligare sub aliqua pœna super prędictis/& quęcūq; cōtra prędicta facta fuerint :nullius sint ualoris.

De confiscationibus non rollentibus iura creditorum. Rubrica.C.LXXIII.

ORdinamus q; si propter delictū alicuius/ eius bona dominio ueniant confiscanda/dicta cōfiscatio nullum prę/iudicium inferre ualeat creditoribus/ Sed ipsa confica/tione non obstāte, de bonis confiscatis satisfiat creditoribus ante dictam confiscationem & sententiam confiscationis habentibus iuste obligatum eum cuius bona ut pręmittitur cōfiscantur.

De bonis homicidę nō confiscandis. Rubrica.C.LXXIIII.

BOna eius qui homicidium perpetrauit per dominium/seu alium quēlibet priuatum/non arripiantur/nec etiam con/fiscentur. / Sed si homicida capi poterit capite puniatur/& eius bona ad heredes ex testamento uel abintestato perueniant. Si uero homicida ipse capi non poterit perpetuo sit bānitus/ Sed bonis suis pacifice uti ualeat absq; inquietatione alicuius domi nii /& in eisdem ualeat facere suam omnimodam uoluntatem. /Et habeat locum etiam in prętęritis.

De homicidis puniendis aut extra patriam banniendis. Rubrica.C.LXXV.

SI aliquis ex proposito /uel animo pensato homicidiū com/miserit/seu alicui homicidio astiterit /si personaliter haberi.

poteſt de eo iuſtitia fiat ſecundū mores patriæ foriiulii. Si autem perſonaliter haberi nō poteſt: tunc banniatur & bannitus intelligatur de tota patria & dominio foriiulii: nec ſecure poſſit in aliqua terra: Caſtro uel loco patrię foriiulii habitare. Sed mareſcalchus poſſit ipſum homicidam capere ubicunq; eum inuenerit: ſine cōtradictione aliquarum perſonarum. Non obſtante aliqua conſuetudine in cōtrarium forſitan obſeruata. Quot ſi forſitan aliqua communitas: Nobilis uel alia perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat ipſum homicidam ſic bannitum receptauerit: tunc ad requiſitionem dominii: ſeu mareſchalchi teneatur & debeat eidem mareſchalco: uel cui commiſerit pręſentare infra tres dies a die requiſitionis computandos & die requiſitionis incluſo. Et ſi non reqſitus fuerit & ſciuerit talem malefactorem eſſe in caſtro: terra uel loco ſuo / teneatur eū perſonaliter retinere & notificare id ei cui ſpectat punitio ipſius. Et hoc etiam intellgatur in incendiariis tempore pacis.

De nato ex libero uentre pro libero reputādo. Ru. C. LXXVI.

ORdinamus q; quicūq; natus fuerit ex matre libera cenſeatur & habeatur ac reputetur pro libero etiam ſi pater eius ſit uel fuerit ſeruus: quāuis & natus & nutritus fuerit uel longo tēpore ſteterit uel habitauerit ſuper territorio domini patris ſui / uel ſuper quo habitat pater eius. Quicūq; uero natus ex muliere ſerua cenſeatur & ſit ſeruus eius cuius eſt mulier ex qua natus eſt / etiam ſi pater eius ſit liber.

De ſeruo communi manumiſſio. Rubrica. C. LXXVII.

SI aliquis eſt ſeruus communis duorum uel plurium dominorum & fuerit per unum ex dominis manumiſſus & liberatus / cenſeatur & intelligatur liberſtamen teneatur manumittens ſatiſfacere alteri domino uel aliis dominis de parte quā habet: uel habent in dicto ſeruo / ſecundū communem extimationem ipſius taxandam arbitrio bonorum uirorum.

De salario famulorũ. Rubrica.C.LXXVIII.

ITem cõstituimus q; famuli/seu famule/seu mercenarii tran/sactis sex mensibus nil de mercede petere possint & prẽsum/matur facta solutio/ nisi probetur interruptio temporis/ui/delicet petitio medio tempore facta in iudicio uel extra/possit tamen deferri sacramentũ principali debitori si uiuit an solutio uel satisfactio facta sit in totum uel in partẽ.

De pœna cõtrahentium matrimonium sine consensu maiorum. Rubrica.C.LXXIX.

ITem statuimus q; siquis quocunq; modo matrimoniũ con/traxerit cum aliqua muliere minore annis.xx. sine expressa uoluntate patris aut aui uel proaui paterni: aut alterius cui dotãdi onus incumbit pœna librarum quinquaginta puniatur. & per tres menses in carceribus teneatur/& eadem pœna teneã/tur fautores & cęteri participes huiusmodi matrimonii/ ad quos constitutio doris non pertinet. Saluis tamen constitutionibus disponẽtibus de mulieribus ab hereditate exclusis cõtra uel prę/ter dispositionẽ iuris cõmunis/quibus non prẽiudicetur.

De salario aduocatorum. Rubrica.CLXXX.

STatuimus inuiolabiliter obseruandũ q; pro officio postu/landi: aduocandi: consulendi in causis in quibus aduocant: & pro officio procurandi: Aduocati: & procuratores: & alii quicunq; patroni causarum possint recipere uel exigere; ut in/fra & non ultra. Qui autem in aliquo cap. huius moderatę taxa/xationis contrafecerit plus recipiendo: aut petendo: ipso facto cadat in pœnã dupli eius quod plus receperit: aut petierit: parti applicandam. Et.xxv.libr.soldorũ Curiæ applicandoꝝ totiens quotiens contra factum fuerit./Prẽsenti itaq; cõstitutione æque ac moderate taxamus q; procurator pro prẽstito a se procura/tionis/uel aduocationis officio non recipiat neq; exigere possit in causa sex marcharum uel infra ultra.xl.soldos./In causa autem rei uel quãtitatis.xx.marchaꝝ uel infra exigere possit libras.iiii.

& nō ultra. A xx. uero marchę uſq; ad. xl. marchę exigere poſ/
ſit. x. libras & non ultra. A. xl. autem marchæ ad centum mar/
chas exigere poſſint libras. xvi. A centum quoq; uſq; ad ducen/
tas marchas exigere poſſit libras. xxiiii. A ducētis ad tricentas
marchas exigere poſſit libras. xxxii. Et deniq; a tricentis ſupra
in quātacūq; quātitate recipere poſſit uſq; ad decem ducatos &
non ultra. Declaramus quoq; q̄ aduocatis & reliquis patronis
cauſarum premiū & ſalarium exhibeatur pro eorū patrociniis
quę prę̄ſtabunt in cauſis quibuſcūq;/uidelicet ſi clientuli eorum
poſt litem conteſtatam inuicem compoſuerint uel in concordio
ceſſerint iam inchoate litis habeant medietatem ſalarii/& ultra
medietatem litis habeant integrum ſalarium. Si uero aduoca/
tus graduatus qui exerceat officium procurationis conducere/
tur extra locum ſui domicilii ad forum aliud q̄ maioris curiæ ut
gerat officium poſtulandi uel conſulendi poſſit exigere pro ſin/
gula die ſoldos. lx. & expen. & nihil ultra. Aduocatus uero non
graduatus ſiue procur. conductus extra domiciliū ſuum ut ſu/
pra/poſſit exigere pro ſingula die ſoldos. xl. & expenſas & non
ultra. Qui uero contrafecerit cadat in pœnam dupli eius quod
acceperit. Et poſſit quilibet aduocatus tā graduatus :q̄ ~~eñ~~ nō exer/
cens officium compelli ad eundum pro dicto precio. Adicien/
tes q̄ pro libellis & poſitionibus unius cauſæ a. xl. marchę infra
habeant ſoldos. xx. abinde ſupra. xl. ſoldos & non ultra.

Quot aduocatus uel procurator non paciſcatur cum clientulo contra conſtitutionem taxæ ſalariorum. Rub. C. LXXXI.

STatuendo prohibemus q̄ aliquis aduocatus uel procura/
tor maioris uel alterius cuiuſcūq; inferioris curiæ, paciſca/
tur per ſe uel per aliū cum aliqua perſona de aliqua re uel
q̄ſtitate propter aduocationis uel procurationis officiū prę̄ſtan/
dum in aliqua lite/uel ullo modo conueniat ultra numerum uel
quantitatem in taxa ſalariorum expreſſam. Si quis uero ad/
uocatus uel procurator huic prohibitioni cōtrafecerit ipſo facto
cadat in pœnam centum ducatorum dominio applicandam. Et
triennio ſit ab exercitio ſui officii aduocandi uel procurandi in
quacūq; curia ſuſpenſus. Et tali pacto uel conuentione promit/

tens nullatenus obligetur & si fuerit iuramento uallatus. Et pacta & conuentiones facte in contrarium/ non ualeant.

De salario notariorum pro actis iudiciorū in prima instantia. Rubrica. C.LXXXII.

STatuimus q; pro scripturis causarum Notarii pro eorum salario possint recipere uel exigere ut infra & nō ultra. Qui autem in aliquo contrafecerit plus recipiendo uel petendo ipso facto cadat in pœnam dupli eius quod acceperit uel petierit parti applicandam. Et ultra illud in pœnam.xxv.librarum curię applicandam totiēs quotiens fuerit contrafactum. Præsenti igitur cōstitutione moderamur atq; taxamus. q; pro cedula citationis/monitionis/siue p̄cepti scripta in actis & tradita parti: & pro relatione executionis / & pro facienda fide de utraq; dentur notario soldi quattuor. Pro notatione procuratorii ad lites de uno uel pluribus procuratoribus constitutis soldi duo. Pro faciendo fidē de procuratorio aut alio mandato scripto per notariū soldi duo. Pro termino quolibet in quo fit unus actus tantū soldi duo. Si uero in uno termino facti fuerint plures actus pro quolibet acta diuerso soldi duo. Pro legitimatione mandatorum procuratorum soldi duo. Et demum pro quolibet singulari actu & diuerso siue in uno siue in duobus aut pluribus terminis fiat/det notario ille ad cuius instantiam factus est terminus soldos duos. Pro copia uero data a notario parti dentur ab eo ad cuius instantiam scripta est: uel pro quo facit talis scriptura pro singula petia soldos quattuor. Quelibet autem petia cōtineat ad minus.lx.lineas: & q̄libet linea contineat litteras.xl. & quilibet titulus pro una littera habeatur. Pro examinatione testium uidelicet quando notario curię domini locūtenentis fuit commissum q; ipse examinet & scribat dicta testiū/ habeat notarius pro examinatione & pro scriptura sua cōtenta in una petia quæ sit ut supra soldos sex. Si notarius curiæ domini locūtenentis pro examinandis testibus uel pro scribēdo aliquid pertinens ad litem fuerit missus extra locum ubi agitur iudicium & equitauerit suū equum / & fecerit expēsas sibi & equo dentur in salariū eius soldos.lx.pro singula die. Si uero pars dederit no-

tario eqũ & expensas pro notario & pro equo: dentur in salariũ notario pro singula die soldos.xxvi. Et si examinauerit siue interrogauerit testes simulq; scripserit dicta eorum dentur ultra id notario soldos sex pro qualibet petia. Si uero notarius nõ examinauerit sed tantũ scripserit dentur pro tota singula testificatiõe unius testis soldos quattuor. Et si dicta testificatio unius testis preterierit unam petiã habeat pro singula petia soldos quattuor. Et hæc habeant locum in notariis scribentibus in curia domini locũtenentis tantum. In aliis uero locis teneantur obseruare consuetudines dummodo non excedant taxas supra limitatas. Pro ordinando/ingrossando/ & extrahendo totũ processum cause: post factam causæ conclusionẽ/qui processus extrahi consueuit cum omnibus productis & actitatis in causa communibus expensis partium. & tradi per notarium ad usum partiũ exhibendum aduocatis uel iudici/dentur notario pro singula petia soldos quinq; etiam si per partes secutum fuerit concordium pro rata actuum ordinatoꝝ. Pro ordinatione & promulgatione sententiæ diffinitiue in qua notarius habet narrare quęcunq; actitata & producta in causa/ & cum studio reuidere processum/dẽtur notario pro qualibet petia ipsius sentẽtiæ soldos octo solummodo pro scribendo dictam sententiam. Pro instrumento publico super diffinitiuam sententiam a notario dato parti si sentẽtia est octo marcharꝝ uel infra dentur notario soldos.xxiiii. Pro instrumento autem sententię diffinitiue quæ sit pluris octo marcharꝝ quãtęcũq; fuerit quãtitatis habeat ultra dictos.xxiiii. soldos pro singula marcha soldos duos. Ita tamẽ q; pro uno instrumento diffinitiue quantęcũq; quantitatis notarius non possit habere uel exigere ultra ducatos decem. Pro notatione prę-cepti in iudicio facti ei qui statim cum petitione cõuincitur/uel qui uocat se cõuictum de quacũq; re uel quantitate/& pro nota assignationis nunciorum & pro executione dentur notario soldos octo. Et pro horum publico instrumento soldos.xxiiii.

De salario notarioꝝ sup appellatiõe. Rub.C.LXXXIII.

PRo instrumento publico super appellatione interposita ab interlocutoria si res uel quantitas fuerit decẽ marcharum

uel infra/dentur notario soldos uiginti. A decem autem marchæ supra dentur notario soldos.xxxii. Pro instrumēto publico super appellatione in scriptis interpositis a diffinitiua extimationis uel q̄titatis decem marchaꝝ uel infra soldos.xx. A decem autem marchis supra dentur notario soldos.xl. Pro instrumēto publico dato super appellatione uerbo interposita a diffinitiua si fuerit extimationis uel quantitatis decem marchaꝝ uel infra dentur notario soldos.xx. Abinde uero supra soldos.xxviii. Pro notatione sententiæ & pro littera & pro instrumento eius in causa appellationis dentur notario soldos.xl.

De salario notariorum in causa protectionum. Rubrica.C.LXXXIIII.

PRo littera scripta & sigillata cōmissionis causæ protectionis dentur notario soldos.xvi. Pro citatione in causa protectionis cū sigillo soldos octo. Pro littera inhibitoria dirigenda & pro sigillo soldos.xii. Pro unaquaq; littera registrata soldos.xii. Pro littera appellationis soldos.xxiiii. & si contineret sententię reformationem/siue causas determinationis soldos.xl. Pro terminis uero in causa protectiōis satisfiat notario/& exigere possit ipse secundum tenorem generalis taxæ iudiciorū suprascriptæ & non ultra. Pro littera cum sigillo dirigenda iudici a quo interposita est protectio exigere possit notarius soldos quattuordecim.

De salario notariorum pro instrumētis dotalibus & donationū. Rubrica.C.LXXXV.

PRo instrumento publico dotis/morgincapii/dismontadurarum / uel alterius cuiuscūq; donationis si res uel quātitas fuerit.xl.marcharum uel infra notarius illud tradens possit exigere duos solidos pro marcha. Si uero fuerit super re maioris ualoris uel maioris quantitatis.xl.marcharum usq; ad centū marchas habeat ultra predictum salarium pro singula aliarum marcharum soldum cum dimidio/dūmodo pro alia quātūcūq; quantitate non habeat ultra.vi.ducatos.

De salario notariorum pro instrumentis contractuum. Rubrica.C.LXXXVI.

PRo instrumentis in publicam formam traditis a notariis super contractibus permutationis/societatis/diuisionis/li/uellationis/seu perpetuę locationis si res uel q̃titas non ex/cesserit decẽ marchas exigere possit notarius pro suo salario sol dos uiginti & nõ ultra/ Si aũt res fuerit maioris ualoris uel q̃ti/tatis pluris decẽ marchaꝝ notarius ultra dictos.xx.soldos possit exigere de aliis pro singula marcha duos soldos/Ita tamẽ q̃ pro q̃tacũq; magna re uel q̃titate nõ recipiat ultra unũ ducatũ.

De salario notariorũ pro instrumentis compromissi & arbitrio/rum. Rubrica.C.LXXXVII.

PRo instrumento tradito a notario in publicam formã sup cõpromisso uel arbitrio siue arbitramento lato ex compro/misso notarius possit exigere.xx.soldos si fuerit de re uel q̃ti tate decẽ marchaꝝ uel infra/ Si uero fuerit rei uel q̃titatis maio ris decẽ marchaꝝ notarius possit exigere ultra dictos.xx.soldos de aliis marchis pro singula marcha soldos duos/ita q̃ pro quali bet etiã maxima q̃titate hẽat duas marchas tantũ & nõ ultra.

De salario notariorũ pro instrumentis mutui & uenditi. Rubrica.C.LXXXVIII.

PRo instrumento mutui tradito per notariũ in publicã for/mam super decẽ marchis uel infra notarius possit exigere soldos.xx/A decẽ aũt marchis supra possit exigere de aliis pro singula marcha unum soldũ/ Pro instrumento uenditionis bonorum factæ ad incantum de re uel q̃titate decem marcharũ uel infra possit notarius exigere soldos.xl/A decẽ uero supra pos/sit exigere pro singula marcha de aliis soldos duos/Ita q̃ non habeat ultra libras.xii.quantæcũq; fuerit rei uel q̃tas/ Pro in/strumento uenditionis conuentionaliter factę non ad incantum: /si fuerit decem marcharum/uel infra habeat notarius soldos.xx. A decem autẽ marchis supra exigere possit de aliis pro singula

marcha soldos duos.ita q̄ pro q̄tacūq; magna q̄titate nō habeat ultra libras.xvi. Pro instrumento publico finis & remissionis de q̄titate decem marcharū uel infra habeat notarius soldos.xx. Si uero fuerit a decem marchis usq; ad.xl.habeat notarius soldos.xxiiii.de alia uero quantacūq; maiori quātitate habeat soldos.xxxii. Pro instrumento sindicatus tutele/curiæ uel factorie habeat pro singulo prædictorū mandatorū soldos.xx. Pro instrumento actorie ad lites habeat notarius soldos.xvi. Pro instrumento procuratorii ad exigendum quietandū compromittendum ad causas iudicii soldos.xxiiii. Pro instrumēto locationis ad tempus factę soldos.xvi.

pro instr. finis remissionis

pro instr. sindicatus, tutele cure, ut factorie

pro instr. actoris ad lites

pro instr. procuratorii ad exigendum

pro instr. locationis ad tempus

De salario notariorū pro instrumentis testamentorū & ultimarū uoluntatum. Rubrica.C.LXXXVIIII.

pro testamentis et ultimarum voluntatum

PRo instrumento testamēti in quo extraneus instituitur deductis legatis & debitis ac omni ere alieno/notarius possit exigere pro qualibet marcha hereditatis sup qua ipse scripsit & tradidit in publicam formam instrumentum soldos duos/dūmodo non excedat q̄titatem decem ducatorū. Et extraneus intelligitur qui non fuerit testatori cōiunctus de descendentibus/uel ascendentibus/fratribus aut filiis fratrum. Pro instrumento testamenti quo suus heres instituitur pro qualibet marcha illius hereditatis habeat unū soldum/deductis pridem legatis & omni ere alieno/dūmodo non excedat summam decem ducatorū. Pro instrumentis legatorū pro qualibet marcha soldos duos neq; excedat.x.ducatos. Pro instrumento confecti inuentarii soluatur notario iuxta laborem eius/& facultatē hereditatis & moderationem & taxationem curiæ.

quando extraneus instituitur solutio

quando suus heres instituitur solutio

de inuentariis solutio

De salario dando notariis propter ostensionem prothocollorū. Rubrica.C.LXXXX.

pro ostensione protocolli

NOtarius ab aliquo cuius intersit requisitus ostendere suū prothocollū teēatur illud sine aliqua solutione pquirere/& quęsitū parti requirenti ostendere/& possit notarius pro huiusmodi ostensione recipe uel exigere octo soldos/si ostē/

sum prothocollum fuerit de notis eisdem notarii. Si uero fuerit de notis alterius tabellionis tunc possit notarius exigere soldos octo propter perquisitionem/& propter ostensionē soldos octo. Notarius uero qui contrafecerit cadat in pœna medię marchę curiæ applicandæ.

De salario caballariorꝫ & pręconū. Rub.C.LXXXXI.

VT nō bonę consuetudines deleantur. Statuimus ꝙ præ/cones/caballarii/& nūcii pro labore suo habere debeant intra terram Vtini soldū unū/& extra pro quolibet mi/liari soldos duos & non ultra/& si plus receperint puniantur in duplum eius quod acceperint/ei qui solucrit applicandū.

Quot rustici nō capiāt pdices de nocte. Rub.C.LXXXXII.

CVm patria foriiulii multis nobilibus repleta undequaq; euidenter apparcat/quorꝫ salus/& uita/uenandi/& aucupandi exercitiis refoueri consueuit/hac constitutione decernimus ꝙ rustici qui agriculture operibus deseruire debēt/nō audeant capere perdices de nocte/nec sine canibus lepores insectando eos laqueis ad necem perducere/ cum uenationes & aucupationes quasi ad nihilū sint deductę per rusticos & sic nobiles qui per castra sua habitāt carēdo uenādi & aucupādi solaciis/ sint quodāmodo priuati & cogantur in carceribus pmanere.

Quot cōstitutiones patriæ particularibus statutis locorꝫ non debeant derogare. Rubrica.C.LXXXXIII.

ITem constituimus ꝙ statuta antiqua existentia/& dudum obseruata in aliquibus locis iurisdictionem habentibus/debeant in sua firmitate manere/nec in illis locis debeant derogari/& per has cōstitutiones pręsentes antiquis statutis municipalibus cuiuscūꝙ loci non intelligatur ibidem ullatenus derogatum. Deo gratias. FINIS.

Venetiis per Bernadinum De Vitalibus Venetū Anno Dñi M.CCCCC.XXIIII.Die.XX.Setembris.

Rancischus foscari dei gratia Dux Venetiarum ꝛc. Nobilibus ꝛ sapientibus viris Marco Dandulo de suo mandato locũtenente patrie forliuli ꝛ successoribus suis fidelibus dilectis salutẽ ꝛ dilectionis affectum. Significamus vobis ꝙ in millesimo quadringentesimo vigesimonono: indictione septima die quartodecimo mẽsis presentis Julij in nostris consiliis rogatorũ ꝛ addictionis capte fuerũt partes infrascripti tenoris vz. Cuz locũtenens ꝓxie fori Julii vigore mandatorum nostri dominij alo sacrorum circa hoc convocari fecerit nouiter iuxta mores patrie consilium parlamenti ꝓ reformatione constitutionum patrie predicte. In quo proposito negocio dum illi de dicto parlamento super quatuor in tribus capitulis forent differentes ipsi nostro locũtenenti apparuit ꝙ finis poneretur ipsis capitulis ꝛ voluit ꝙ per nostrum dominium super ipsis capitulis prouideret. Que capitula sunt hec vz. ¶ Primum de penis exigendis per habẽtes garritũ. ¶ Secundũ de territorio iudicando ꝛ de iudicio ¶ Et tertiũ de feudis. Et pro expeditione ipsorum capitulorum ꝛ duarum constitutionum addendarum nouo volumini constitutionum comparuerunt ad presentiam nostri dominij septes honorabiles oratores prelatorum: nobilium: ꝛ communitatuz ipsius patrie quibus necessarium est expeditionem dare. Cadit pars ꝙ respondeatur ipsis ambasciatoribus ꝙ nostra dominatio continue fuit ꝛ est disposita regere ꝛ gubernare dictam patriam ẽm constitutiones generales ꝛ statuta municipalia existentia in locis ꝛ terris ipsius patrie. Et ꝙ si inter ipsas constitutiones generales ꝛ iura municipalia sunt alique veritates seu discrepatio aliqua propter quas oriri videtur dubium ipsa dubietas declaretur: vt nostri locũtenentes patrie qui per tẽpora erunt aperte sciant quid agere habeant ꝛ obseruari. Et propterea affectantes quietem ꝛ totius patrie bonum sumus contenti ꝙ per consilium predictum parlamenti possint reformari etiã dicta capitula vz de penis exigẽdis: ꝛ de iudicio: ꝛ de territorio. Ita ꝙ inter ipsa capitula constitutionum: ꝛ inter ipsos ordines municipales non sit diuersitas vel obscuritas sed aperta ꝛ clara concordantia. Et ita mandabimus nostro locũtenenti ꝙ fieri permittat. Cerum per has nouas reformationes non intelligimus nec intelligi volumus in aliquo derogari appellationibus in omni casu quas expectare volumus ꝛ declaramus locũtenenti nostro patrie predicte. Volumus insuper ꝙ reformationibus nouiter factis per substitutum consilium parlamenti vel aliqua earum ꝛ presertim super penis imponendis que vigore constitutionum veterum expectabant ad cameram vel ad mensam patriarchalem non derogetur in aliquo neqz derogatum esse intelligatur camere nostre predicte circa exactionem penarum predictarum nisi forte clare constaret ipsas penas per municipales priuilegia: vel statuta ad aliquos alios spectare aut diuidi debere aliter. ¶ Ad capitulũ tertium de feudis. Respondeatur ꝙ volumus si differentia fuerit aut vertetur inter aliquas personas priuatas occasione feudi ipsa differat seu causa per nostrum locũtenentem patrie cognoscatur ꝛ terminatur. Si vero differentia fuerit inter nostrum locũtenentem nomine domini ꝛ aliquam specialem personam de cã. spectante ad feudum volumus ipsam differentiam ꝛ causam diffiniri per septes feudatarios pares cure ꝓut iura disponunt: reseruata tamen appellatione ad nostrum dominiũ. ¶ Ceterum qz vltra premissa supplicauerunt vt eis concedamus ꝙ in volumine constitutionuz de nouo factarum addere possint vnum capitulum per qõ concessum sit propinquis ꝛ lateranis posse presentare super possessionibus ꝛ bonis stabilibus patrie de cetero vendentur ꝛ alienabuntur in patria quemadmodum concessum est Padoanis: vadit pars in eorum complacentiam ꝙ concedatur et ꝙ ipsum consilium parlamenti possit addere seu addi facere in dicto volumine nouo dictũ cap. ꝓut concessum est padoanis. Resecatis tamen verbis superfluis ꝛ impertinentibus ꝓut ipsi cõsilio vti-

R

liys z melius apparebit. ¶ Ad vltimam vero partem per quã petunt q̃ digne tur cõ formare propositum in consilio parlamenti in fauorem communitatis Glemone per quem ordinatur q̃ hi qui non habitant in ciuitatibus terris z castris muratis z habitatis patrie seu in villis ipsis locis subiectis z contiguis non possint alibi q̃z in locis predictis mercandare mercimonia conducere z exercere sub pena librarũ quinquaginta z ¶ Respondeatur q̃ ob sinceram fidelitatem ipsius communitatis nostre essemus semper prompti in quibuscunq̃z licitis z honestis complacere prefate communitati. Sed quoniam hoc esset contra deum z humanitatem z in damnum patrie z locorum nostrorum ac etiam ciuitatis nostre Venetiarum ad quam tanq̃z ad caput z principium aliorum locorum nostrorum habemus z habere debemus spiritus nostros: z presertim in facto mercantie tantum necessarie ciuit. ti nostre predicte nõ possumus eis complacere in hoc. Tamen audientes ea que dicunt de contra bannis fieri quod conducitur huc z illuc contrabanna nostra z in damnum nostri dominij z ipsius communitatis scribemus z mandabimus nostro locũtenenti patrie z successoribus suis q̃ circa hoc faciat z prouideat vti eidem necessarium apparebit vt ipsa contrabanna cessent pro bono ipsorum nostrorum fidelium z nostri cõmunis. Ad reliqua exposita per ipsos ambasciatores respõdeatur eis q̃ quia predicta sunt nostre q̃ oportet illa expedire per alia nostra consilia ipsi pro nunc habebunt pacientiam. Nam q̃tũuis habiliter fieri poterit prouidebit circa premissa ~~que~~ fidelitati vestre cum nostris consilijs suprascriptis scribemus z mandamus quatenus omnia scripta contenta in capitulis z responsionibus suprascriptis obseruare: z obseruari facere inuiolabiliter faciatis z debeatis: facientes has nostras literas in cancellaria vestra de inde ad futurorum memoriam registrari. Volumen vero constitutionum nouiter reformatorum in cõsilio parlamenti quod nobis sub bulla vestra misistis vobis remittimus per eosdem oratores sub bulla nostra vt ibi fit z in occurrentibus casibus valeat operari sm q̃ in consilio predicto determinatum est.

¶ Data in nostri ducl. dominij Palatio die quartodecimo Julij indictione septima. Mcccc.xxviij.

